



V 00 P

(alt. Nr. 225.)

mus:

Petrus Martyr.


aus dem 2. Commentare v.

Hier. Weller.

171. Liberam Catholice nū vorant frēs

M. III. 23.


IN LIBRARIIS IUDICVM
D. Petri Martini Verubij
renani, Professoris diuinarum
literarum Schola Tigurina. Com
memoria doctissimi cum
tractatus peritiam re
rum et literarum.




SAMVELIS LI-
ber secundus, Annota-
tionibus piis iuxtà ac eru-
ditis explicatus per

D. HIERONYMUM
VVELLERVM.

FRANCOFORTI AD MOENVM,
EXCVDEBAT PETRVS BRVBACHIVS
ANNO DOMINI. M. D. LVI.





SAMI VELLIS LI

per secundus Annos

tionibus suis in xta eccle

dis explicans per

D. HIERONYMUM

VALLERIANUM

FRANCOFORTI AD MOENIAM

EXCUBBAT PETRVS BRVNERIVS

ANNO DOMINI MDCCLXIII



CLARISSIMO VI-
ro, Ingenio, eruditione & uir-

TUTE EXCELLENTI PRAEDITO D.
Georgio Fabritio Chemnicensi, Illustris Scholæ Misenorū
Rectori, suo in Domino Fratri charissimo, Hiero-
nymus Vuellerus. T. Doctor,
S. D. in Christo.



HABES, optime FABRICI, secundi SĀ-
MVELIS libri Enarrationem, quam, te po-
tissimum hortatore, pertexuimus: perbreuem il-
lam quidem, ac multo tenuiorem, q̄ uel magni-
tudo rei postulet, uel expectationi tuę satisficiat. Reipsa exper-
tus sum, quantum onus sustineat is, qui sacrarum historiarum
ἐξήγησιν instituerit. Oportet enim illum esse uerum artificem,
qui primum Linguarum cognitione instructus sit, ut possit
Sacrae scripturae phrasim recte intelligere. Multum enim lu-
cis affert interpreti, cognitio phrasim, in explicando textu, & tra-
denda genuina sententia. Habet enim scriptura Sacra suam
quandam peculiarem phrasim. Deinde oportet ἐξήγησιν erudi-
tione liberali praeditū esse, ut possit ea, quae intelligit, proprie,
perspicue, & cum quadam uerborum ac sententiarum copia, ac
splendore explicare. Postremo, id quoque requiritur in interpre-
te, ut summorum uirorum, id est, quorum historias ipse enar-
rat, affectus ac sensus calleat, eosque erudita oratione pingat, &
quali ob oculos ponat Lectori. Quod prestare non potest, ni-
si & ipse certamina illa spiritualia non nihil degustarit, atque in ea
arena sudarit, in qua summi illi uiri sudauerunt.

Talis Interpres fuit, uir DEI, D. LV THER V S sah-
ctae memoriae. Videmus enim q̄ artificiose affectus sanctorum
Patriarcharum, in Enarratione super Genesim, expresserit, non
aliter ac si penetralia pectoris illorum intraspexisset, & ipse
easdem tentationes, quibus summi illi uiri, ABRAHAM,
ISAAC, IACOB, IOSEPH, conflictati sunt, expertus
fuisse. Item quanta dexteritate, doctrinam suam, ad omnis ge-
neris afflictiones ac tentationes accommodarit, Itaque sepe opta-

PRAEFATIO.

ui, nō primitias, sed tantum decimas Spiritus LVTHERI, mihi diuinitus dari. Certe conatus sum uestigijs eius insistere, & si minus imitari, ac suspicere saltē illius amplitudinē. Et quicquid in hac ^{scriptura} ~~scriptura~~ ^{scriptura} prestiti, hoc diuinis monumētis LVTHERI adiutus feci. Non. n. me pudet fateri, omnia quæ scio Theologica, me Præceptoris meo LVTHERO accepta referre debere. Video omnes Interpretes ac Scriptores nostræ ætatis, in docendo, quasi frigere, qui non nocturna, diurnaquē manu, ut HORATII uerbis utar, LVTHERI scripta uersarint, quātumuis diu multumquē in lectione patrum uersati sint. Nec uero, amore præceptoris adductus, sed usu practico atquē experientia edoctus, hæc scribo.

Sed ne inanis plane sit hæc præfatio, breuiter utriusquē libri SAMVELIS argumenta perstringam. Prior liber fortitudinem DAVIDIS, & ingens illud fidei ac Spiritus sui robur prædicat, quod non dubitauerit, fretus promissione DEI, & Inuocatione, cum superbo illo Palestino GOLIATH, robore corporis, & scientia rei militaris ferociente, congregari, & multa alia heroica fecerit. Item, quod aduersus omnia pericula & persecutiones SAULIS, inuictum sese præstiterit. Posterior uero lapsum & multiplicem infirmitatem eius commemorat, uidelicet, quod leui momento, fortissimus ille HEROS, a Diabolo euersus sit, cum unius uoluptatulae illecebris animum suum passus sit expugnari. Simul etiam ostendit eundem mirabiliter restitutum esse a DEO, & horrendis suis tentationibus non succubuisse: imo occasionem sibi illas fuisse componendi multos clarissimos Psalmos. Denique ita nobis historiā DAVIDIS proponit, ut in ea, ueluti in pulcherrimo speculo uidere liceat, quod mirādo modo DEVS sanctos suos regat, & gubernet, supra & extra omnem captum mentis humane. Nimirum, quod sinit eos modo fortes esse, ut Leones, iuxta illud SALOMONIS, IVSTVS QVASI LEO cōfidens ABSQVE TERRORE BRIT, ut ausint omnia pericula adire, peccato, morti & Diabolo insultare, modo paulisper manum submouet, & permittit eos quauis DAMA fieri timidiores, ut etiam ad folij sonitum toto corpore perhorrescant, ac leuissimæ tentationi succumbant. Quanto robore animi ac fidei præditus erat Dauid, cum Leonem & ursum occideret: cum robustissimum GOLIATH obtruncaret, &

cum

PRAEFATIO.

cum alia heroica faceret? Sed idem quod fuit meticulosus & pusillae fidei, cum in cauerna Petrae latitabat? cum furorem ABSOLONIS metuens abiret exulatum? cum optabat sibi pennas aquilae dari, ut posset quod longissime aliquo aufugere, ne hostis eum opprimeret infuga?

Quanta fuit fortitudo ELIAE, cum Regi ACHAB uenanti ipsum ad supplicium, ultro in conspectum prodiret, ac diceret, magna *παρρησία*, Non se, sed Regem, & domum Patris sui, perturbare Israel. Item cum Prophetas BAAL ad unum omnes in monte CARMELI occideret? Sed uide, quod subito hic HEROS mutatus est, ut non dicas eundem fuisse, cum IESABEL minitaretur ei necem: adeo enim his minis terrebatur, ut in solitudinem aufugeret.

Quae miranda erat fides Patriarchae IACOB, quando cum Angelo noctu luctabatur? Verum quis eodem timidior, cum fratris occurrentis rumorem trepidaret?

Quis fortior Petro Apostolo, cum in cohortem Iudaeorum, qui CHRISTVM in horto comprehendebant, stricto gladio impetum faceret? sed mox eidem Ancilla in domo CAIAPHAE, uno uerbulo, animum ademit? Plenae sunt talium exemplorum historiae.

Cur DEVS hos summos uiros, summo spiritu ac fide heroica praeditos, tam turpiter labi patiatur, ut & Angelis & hominibus spectaculum fiant? Respondeo, ut per ipsorum infirmitatem, mirabilia sua opera ostendat, & iudicium rationis humanae perturbet, summum furorem & potentiam Diaboli, per infirma Spiritus sancti uasa frangat. Videmus enim summos illos sanctos, in sua imbecillitate, plura & maiora fecisse miracula, quod cum fortes stabant in fide, ut stet haec firma sententia CHRISTI, VIRTUS MEA IN INFIRMITATE PERFICITVR. Hac uoce se Apostolus PAVLVS sustentabat, cum se omnem fidem ac spiritum amisisse arbitrabatur.

Certo autem consilio DEVS sanctos suos, istam uicissitudinem, uigentis & labascentis fidei, uult subinde experiri, ut discant, sicut PAVLVS inquit, *ἐν φόβῳ τοῦ κυρίου τὴν σωτηρίαν ἡμῶν ἐργάζεσθαι*, & ne in se ipsos confidant, sed in DEVM excitantem mortuos, ij. Corint. i. & mirabiliter gubernantem sanctos suos, Psalmo iij.

PRAEFATIO.

Quinetiam ut in sua infirmitate discant, quid sit, aut possit homo sibi ipsi relictus, atq; illud CHRISTI semper in ore & pectore habeant, SINE me NIHIL POTESTIS FACERE. Denicq; ut in omni tentationum & afflictionū genere, alijs recta possint dare consilia, & firmam adhibere consolationem. **QVI ENIM NON EST TENTATUS, INQVIT ECCLESIASTICVS, QVID SCIT?** & ESAIAS, capite XXVIII. **VEXATIO DAT INTELLECTVM.** Fieri enim non potest, ut is, qui nulla unquam tentatione conflictatus est in uita, recte norit, aut consilio, aut consolando iuuare afflictos.

Ingens hæc est consolatio Pij̄s mentibus, scire secum præclare tum agi, cum modo stent, modo infirmentur in fide, cū modo omnes furores & minas Diaboli contemnant, & rideant, modo Quicula sint pauidiores, cum modo omnes asperrimas tentationes, forti fide uincere queant, modo a leuissima tentatione uincantur. Nam hoc pacto, & suam ipsi infirmitatem, & mirabilia DEI consilia & opera discant, Alioqui manerēt Rudes, & sine pectore milites, in Christiana militia. Si omnes historias omnium temporum euoluamus, reperiemus hūc perpetuum fuisse morem DEI, ut per quos uiros, res mirandas & salutare in Ecclesia uoluit efficere, eos prius in summam imbecillitatem animi & fidei cadere permiserit. Ut apparet eos, uelut uasa perdita factos esse. Psal. xxxi. Cumq; iam de illis nulla spes esset, subito illos excitauit, eisq; tantos animos addidit, ut omnes mirarentur. Vnde illis tantum robur animi ac Spiritus, qui paulo ante erant omnium timidissimi & abiectissimi. Cum DEVS excitaturus esset LV THERVM, ut Regnum Pontificium aggredetur, & res maximas gereret in Ecclesia, permisit eum prius afflictissimum fieri Monachū, & tantis confici tentationibus, ut breui interiturus esse uideretur: Verum statim simul atq; Monstrum illud, id est, Antichristū adortus est, tantos motus animi ei addidit DEVS, ut etiam omnem furorem Diaboli, & Mundi, & portas inferorum, aduersus se, concitare nō sit ueritus. Sic HIEREMIAM prophetam legimus, initio uocationis suæ fuisse timidissimum, sed postea DEVS, tantum robur animi ei tribuit, ut auderet etiam omnia pericula, propter gloriā Dei, subire & contēnere. Iam & hoc admonendus est Lector, ut historiam DAVI
DIS

PRAEFATIO.

DIS longe aliter legat, quam prophanas historias, & non modo consideret, quas res gesserit DAVID, & quibus ærunis conflictatus sit. Multi enim Reges ac Principes fuerunt, qui multo maiores res gesserunt, ut ALEXANDER MAGNVS. Atrociores etiam calamitates experti sunt, Quinetiam fortitudine animi, & robore corporis, multo præstiterint DAVIDI: sed ut summum illud decus & ornamentum historiae DAVIDIS obseruet, uidelicet, VERBUM DEI, & FIDEM DAVIDIS: Hæc enim duo, Verbum DEI, & fides, maius discrimen faciunt, inter historiam DAVIDIS, & cæteras profanas historias, quæ est inter Lucem & tenebras, longius interuallum, quæ est inter Cælum & terram. Verbum Dei, & fides uerum ornamentum & pondus addunt omnibus operibus, quamlibet in speciem spectis, uilibus & sordidis, Et quamuis coram mûdo sint nullius precij, tamen coram Deo sunt preciosa, & gratissima illi sacrificia. Hinc illud Psalmi CXLVIII. Non in fortitudine equi, uoluntatem habebit, neque in tibijs uiri, beneplacitum est ei: Beneplacitum est Domino, super timentes eum, & in eis, qui sperant, super misericordia eius. Quantumuis robore corporis aut animi dotibus quis excellat, quantumuis res magnas, arduas, & salutare gerat, tamen DEVS illas abominatur, si non in timore DEI, & fide gerantur. ALEXANDER MAGNVS, totum fere orbem Terrarum bello deuicit. Ad hæc, ingenij et donorum summorum præstantia, oēs Reges et Principes, longe superauit. Quia uero timore & fiducia Dei uacuus erat, βέλουςμα erat coram Deo, etiam si oim hominū oculos et animos in sese conuerterit, et amplissima præconia ratio humana illi tribuerit. Eccontra uero Sæctos patres legimus œconomicis ac uilissimis in specie operibus occupatos fuisse, adhæc, sæpissime errasse, attamen spūs sanctus accuratissime illa describit, ac celebrat, haud secus, ac si nihil eis coram Deo esset preciosius. Quid ita? Quia ornata sunt hoc summo decore, nimirum VERBO DEI, & FIDE: hoc ipsum decus facit, ut etiam uilissima illorum opera œconomica, imo & ioci, & lusus ipsorum, Deo fuerint gratissimi. Sicut. n. Pater delectatur filiolo suo coram se ludente: Ita DEVS delectatur Sanctis sui. Qui igitur historias Sacras interpretantur, in hoc summo studio incumbant, ut illud, iterum iterumque auditores & Lectores admoneant. Primum, ut cogitent, Quis sit,

ARGVMENTVM

Secundi Libri Samuelis.



In hoc secundo Libro Samuelis autor primum commemorat, quam turbulenta fuerint initia Regis Davidis. Erat enim in populo magna animorum & uoluntatum distractio. Quidam Isboseph filium Saulis creauerunt Regem Israel, eumque sequebantur. Quidam uero adhaerebant Dauidi, eumque ut uerum Regem diuinitus electum & unctum agnoscebant ac uenerabantur. Hunc tumultum alius secutus est. Nam Ioab scelerate occidit fortissimum uirum Abner, cuius mortem Dauid acerbissimis lachrymis defleuit. Nec ita multo post Baena & Rechol sine mandato Regis Saulis filium Isboseph domi suae obruncant.

Secundo ostendit Dauidem, postquam regnum eius confirmatum est, primum omnium curasse, ut Idolatriae in Regno eius abolerentur, ac uera doctrina & ueri cultus Dei restituerentur. Itaque mox simul atque Regno potitus est, Arcam Domini ex Gibeon traduxit Hierosolymam summa reuerentia & gaudio. Item ostendit Samuel quanto studio aedificandi templum Domini, Dauid flagrauerit, *Wie es jm so ein grosser ernst vmb Gottes Wort vnd seinen dienst gewesen sey.*

Tertio recenset bella Davidis, quae gessit cum Philistinis, Moabitis, Syris: fuerunt autem haec asperrima bella.

Quarto ostendit quam beneficus ipse fuerit erga posteros Ionathae, memorque beneficiorum illius, & quod filium eiusdem Mophiboseph in domum suam receperit, mensaque suae adhibuerit, donans eidem omnes fortunas Saulis, quae reliquae erant.

Quinto horrendum illum Davidis lapsum memorat, quod iam natus annos quinquaginta, aut plus eo, & tot rebus praeclearissime gestis, tandem uxorem Uriae rapiens, adulterio simul & homicidio sese contaminauerit.

Sexto ostendit quam tragici casus & calamitates hunc lapsum Davidis secutae sint. Nam primum primogenitus eius filius Amnon germanae sorori Absolonis stuprum intulit, quam incestam consuetudinem Absolon uindicans, Ammonem occidit. Deinde ipse seditionem mouens, patrem Regno expulit, cuius sceleris tandem poenas dedit, cum crinibus arbori implicatus, a Ioab hasta

230 Argumentum.

transfixus est. Quantum uero dolorem hæc mala Dauidi attulerint, facile est iudicare.

Septimo docet grauissimam famem temporibus Dauidis fuisse, eamque durasse triennium, quam scelera Saulis accerlerant.

Octauo alterum lapsum Dauidis commemorat, quod recenseri populum iusserit: qua re grauius iram Dei irritauit, ut immiserit pestem, qua septuaginta millia hominum extincta sunt.

Hic fuit cursus uitæ, hæc *πολιτεύματα* Dauidis. Et sane si quis recte historiam eius considerauerit, intelligit eam non dissimilem esse Tragœdiæ.

Porro illustre exemplum in hac historia nobis proponitur, in quo conspicitur, quibus periculis, ærumnis & afflictionibus uita piorum exposita sit, & discimus, pios in hac uita non uocari ad dulce otium, delicias & uoluptates, sed certo Dei consilio ita multis & uarijs afflictionibus exerceri, ut fides illorum probetur & confirmetur.

Præcipui loci huius Li-

BRI SVNT.

PRIMVS.

Quod Deus adsit legitime uocatis ad Ecclesiastica & Politica munera, eorumque omnia negocia & opera foeliciter gubernet ad nominis sui gloriam & multorum salutem.

SECVNDVS.

Quod hi qui in timore Dei ambulant, & omnia sua negocia huc dirigunt, ut gloriam Dei illustrent, & quamplurimis prosint, acerrimum aduersarium sibi habeant paratum, Diabolum, qui intus & foris eos impugnabit, *Dargegen lesset er die andern wol zufrieden/so sich jres Ampts vnd Beruffs nicht mit ernst annehmen.*

TERTIVS.

Quod Deus certo consilio pios tam grauius labi sinat, ut infirmitatem suam ipsi agnoscant, ac discant in timore Dei ambulare, neque ex donis suis effiantur. Item ut lapsis condoleant, eosque rectius erigere & confirmare discant. Sicut præclare inquit Augustinus de Sancto Petro Apostolo: Deus ideo Petrum labi permisit, ut intelligeret se nihil sine gratia Dei posse, & ut Ecclesiæ Rectori futuro ignoscendi peccantibus quædam Regula poneretur. Denique ut extent plena consolationis exempla, quibus lapsi sese confirmant: Hoc est, ut intelligant, se cum multis sum-

ms

Argumentum. 231

mis Sanctis, hunc lapsum suum & infirmitatem habere communem.

QUARTVS.

In calamitatibus Dauidis illustre exemplum nobis proponitur, quam horribiliter Deus irascatur peccatis, ut discamus odisse & uitare peccatum, & sciamus, Deum, cum tam duriter premit & castigat pios, quos tantopere diligit, multo atrocioribus poenis impios affecturum esse.

Hi sunt præcipui & principales Loci secundi libri Samuelis, nunc accedo ad textum.

CAP. PRIMVM.

IN priore libro Samueli descripsit, quomodo Dauid Rex Israel diuinitus sit unctus & uocatus. In hoc autem posteriori ostendit, quomodo Regnum eius confirmatum & amplificatum sit, Et e contra Regnum & posteritas Saulis interierit.

PRINCIPALES AVTEM LOCI HVIVS CAPITIS SVNT ISTI.

PRIMVS.

Quod Dauid, cum sibi nunciatum esset, Saulem infestissimum suum hostem in bello contra Palestinos cecidisse, adeo non sit affectus læticia, ut etiam Amalecitam illum, qui mentitus erat, se Saulem obtruncasse, sperans, se magnam hoc pacto gratiam apud Dauidem initurum esse, supplicio affecerit, eo quod manus uiolentas Christo Domini attulisset. Item quod mortem Saulis & Ionathæ acerbissimis lachrymis luxerit.

Vnde id discamus, nos non debere horribili interitu, atque exitio inimicorum nostrorum lætari, sed magis uicem illorum dolere. Et dictum illud Psalmi quinquagesimo octauo nobis proponere, Lætabitur iustus, cum uiderit uindictam, pedes suos lauabit in sanguine impij, & dicet homo, utique est fructus iusto, utique est Deus iudicans in terra. Item, ut hoc horribili exemplo admoneamur, ut posthac magis in timore Dei ambulemus, & mores nostros diligentius regamus, Deum inuocantes, ne a nobis manum suam amoueat, nosque similiter ruerre sinat, sed ut nobis adsit, & hanc mentem nobis donet, ut offensi & iniuria læcessiti, possimus omnem uindictam Deo committere.

b ij

232 In cap. 1. lib. 2. Samuel.

SECUNDVS.

Dauid Amalecitam illum, qui affirmabat se trucidasse Saulem, supplicio affecit. Hic quaeritur, recte ne fecerit Dauid, occidens Amalecitam mentientem?

Responsio.

Hanc quaestionem facile est soluere, ex hoc dicto Dauidis, Sanguis tuus super caput. Os enim tuum locutum est aduersus te, dicens: Ego interfeci Christum Domini: Estque dilemma: quasi dicat, siue occidisti Saulem, siue non, tamen reus es mortis. Quia omnis, qui affert uiolentas manus Christo Domini, id est, Regi uncto diuinitus, reus est mortis. Iuxta illud Genesim capite nono: Qui effuderit humanum sanguinem, effundetur & sanguis illius. Item scriptum est: Non dicas falsum testimonium, Omnis qui dicit falsum testimonium, reus est mortis. Tu autem falsum testimonium dixisti contra teipsum, Ergo reus es mortis.

Conuenit igitur haec uox Dauidis, Os tuum aduersus te locutum est, cum illo Christi, Ex uerbis tuis iustificaberis, & ex uerbis tuis condemnaberis. Voluit praeterea Dauid illustre exemplum constituere, ne subditi Gubernatoribus suis, propter Tyrannidem aut impietatem, uiolentas manus afferant, sed uindictam Deo committant, Iuxta illud, Mihi uindictam, & ego retribuam. Debent igitur subditi reuerentiam & obedientiam Magistratibus praestare, propter mandatum Dei, qui iubet illos reuereri, ut Vicarios Dei: Hoc est, tanquam eos quibus cum societatem sui nominis ipse communicauit, eisq; diuina munera commendauit.

TERTIVS.

Est Quaestio, quare Dauid mortem Saulis lugeat, qui antea interitu Nabalis laetatus sit, praesertim cum Saul infestissimus eius hostis fuerit, & Sacerdotes Domini occiderit?

Responsio.

Tres mihi uidentur esse causae. Primum, quod hoc suo luctu ac moestitia, quam ex obitu Saulis cepit, ostendere uoluit, se non personam Saulis, sed uitia eius odisse. Fuit enim Saul multis praecclaris & heroicis uirtutibus praeditus. Contra uero Nabal erat homo sceleratus, & plane Epicureus, ut monstrum potius hominis, quam homo dici debuerit. Deinde ut subditos suo exemplo admoneret, eos non laetari debere interitu suorum Regum & Principum, per quos plurima beneficia corporalia Deus illis donauit, & quod incertum sit, utrum meliores

meliores Gubernatores consecuturi sint: Quia omnis mutatio est periculosa. Nam Saul ante lapsum suum præclare de populo Israel meritus erat. Postremo, quod uerebatur, ne Saulis interitus Gentibus Idolatris occasionem blasphemandi nomen Dei præberet, & clamarent, Deum abieciſſe ſuum populum, & quod Deus Israel non eſſet uerus Deus, & quod populo ſuo opem ferre nequeat. Nulla enim res pijs mentibus maiorem dolorem affert, quam nominis Dei contumelia. Itaque omnes huius rei occaſiones uitari & tolli ſumme ſtudent. Atq; hæc uel præcipua cauſa fuit, cur Dauid tantopere mortem Saulis luxerit, ſicut & lugubre eius Carmen teſtatur: Nolite hæc nunciare in plateis Abſolon, ne filia Philiſtinorum lætentur, neque gratulentur filia circumciſorum.

QVARTVS.

Eſt quod Dauid iubet filios Iuda doceri artem ſagittandi. Vnde id diſcamus, pijs non negligenda eſſe externa præſidia ſeu media, quibus Deus opem ferre conſueuit. Ante omnia a Deo petendum eſt auxilium, poſtea diſpicienda & quærenda ſunt externa illa præſidia & media a Deo ordinata.

QVINTVS.

Eſt Carmen lugubre Dauidis, in quo uidemus morem hunc olim fuiſſe in populo Israel, præſtantium uirorum & Gubernatorum res geſtas, uirtutes & dona, quibus a Deo ornati fuerunt, in funerum Ceremonijs recitare, ut hac commemoratio-
ne ſubditi admonerentur de iactura, quam talium uirorum interitu feciſſent. Item ut ſucceſſores exempla pietatis, & ſimi-

lium uirtutum ab illis peterent. Hunc morem

poſtea & Gentes, præcipue uero Ro-

mani ſeruarunt. Atque

hæc de primo

capite.

b iij

CAP. SECVNDVM.

PRIMVS LOCVS HVIVS
CAPITIS.

EST, quod Dauid, postquam Saul extinctus erat, Dominum consulit, an in aliquam ciuitatem Iuda se conferat, Et quod accepto responso Dei, cum tota sua familia, & cum uiris qui eum sequebantur, profectus est Hebron.

Nam etsi Dauid certus erat, se iussu diuino Regem Israel a Samuele unctum esse, minimeq; dubitabat, uoluntatem Dei esse, ut Regnum Israel occuparet, tamen confirmandæ fidei suæ gratia, & ut palam fieret, se diuinitus Regem Israel electum esse, Deum consulere uoluit. Non igitur sua causa id fecit, sed ut populo Israel suspicionem affectati Regni adimeret. Hæc est mea hoc loco sententia.

Expresse autem præcipit diuinum oraculum, ut Dauid concedat Hebron, ubi tres summi Patriarchæ, Abraham, Isaac, Iacob, sepulti erant, & quibus promissio de Regno Christi, cuius Regnum Dauidis imago erat, a Deo facta erat, ut hoc pacto fides Dauidis confirmaretur.

Est autem doctrina huius loci, pios etsi legitime uocati sunt, tamen non debere sine inuocatione Dei quicquam tentare.

SECVNDVS.

Ter unctus est Dauid Rex Israel. Primum, in ædibus patris, primo Regum decimosexto. Deinde in Hebron. Postremo a toto populo Israel, capite quinto. Quod & ipsum diuinitus seu certo Dei consilio accidit, ut ipse de uoluntate Dei eo certior redderetur, uidelicet, ad ipsum proprie successionem Regni pertinere, & non ad Isboeth filium Saulis. Multiplici enim confirmatione & consolatione pijs opus habent, se Deo placere propter multas & uarias tentationes & afflictiones. Econtra impijs multiplicitibus terroribus & comminationibus opus habent, quibus contendantur & frangantur.

TERTIVS.

Viri Iabonitæ magnis præconijs ornantur a Dauide, quod tam honorificum funus Sauli fecerant. Itaq; non modo benedictionem illis precatur, uerumetiam promittit se illis pro isto funebri officio, relaturum esse gratiam. Quo quidem facto illustre exemplum

exemplum proponit omnibus Gubernatoribus, ut benemeritos de Magistratu & morigeros Ciues honore afficiant, ingratos uero & contumaces puniant.

QVARTVS.

Continet hic locus historiam de uelitationibus militum utriusque partis, qui mutuis uulneribus conciderunt. Item de strage, quæ postea secuta est, cum exercitus Israeliticus in fugam conuerteretur.

Non dubium est, inter summos uiros populi Israelitici magnam contentionem fuisse, uter Isboseth, an Dauid, Sauli succederet, cum alter diuinitus Rex Israel unctus esset, alter legitimus esset Regni hæres, Verum hanc controuersiam Deus tandem dijudicauit deleta factione Saulitica.

Est autem doctrina huius loci, multiplicia impedimenta legitime uocatis a Diabolo obijci in Ecclesiastico, Politico & Oeconomico ordine. Haud enim illum fugit, quanta emolumenta hi, qui legitime uocati sunt, & officium suum recte ac fideliter faciunt, Ecclesiæ & Politicæ afferre possint. Quocirca aut pusillanimes illos reddit, aut sceleratos homines excitat, qui illos affligant & persequantur.

Econtra uero illos, qui non legitime uocati sunt, aut negligenter officium suum faciunt, minime infestat, sed potentum fauore & gratia, uulgi applausu, opibus, honoribus, & omnibus uitæ commodis illos cumulat. Sed ad extremum, hi qui legitime uocati sunt, atq; serio & diligenter uocationi suæ inseruiunt, prosperæ successum in negocijs suis habent, & contra omnes technas, furores & insidias Diaboli perrumpunt, & fructum amplissimum laborum & ærumnarum suarum ferunt. Iuxta illud Psalmi cxxvi. Venientes autem uenient cum exultatione, portantes manipulos suos. Deus enim illis adest gubernator & opitulator. Econtra uero Hypocritæ & illegitime uocati, in medio cursu corruunt, & franguntur, cum nec Deo grata, nec hominibus salutaria fecerint. Deus enim illis aduersarius est.

QVINTVS.

Asahel uidens exercitum Israeliticum in fugam conuersum, hoc successu elatus incipit fortissimum illum uirum Abner persequi, paratus cum eo congregari, neque id facit iussu fratris sui Ioab, sed partim fretus agilitate ac uelocitate corporis, partim cupiditate gloriæ commotus. Quare huius suæ temeritatis & iniustæ confidentiæ poenas dedit. Nam Abner, cum Asahel non cessaret se insectari, hasta eum confodit.

236 In cap. 2. lib. 2. Samuel.

Hoc exemplo monemur, ne quid sine uocatione, aut uiribus nostris freti tentemus. Deus enim utrosque punit, & eos qui sine uocatione aliquid suscipiunt atque moliuntur, & illos qui iniusta confidentia aliquid faciunt.

Quod autem Abner inuitus occiderit Asahel, causa hæc fuit, quod uerebatur, ne si illum occidisset Ioab, necem fratris sui ulcisceretur, sicut testantur hæc uerba, Quomodo enim leuare poterò faciem meam ad Ioab fratrem tuum? Item quod Abner malam conscientiam habuerit, eo quod sciret, se impium bellum gerere, facile ex his suis uerbis iudicari potest: Nunquid ad interuersionem usque tuus mucro desinet? An ignoras maiorem secuturam esse cladem?

In quo id discamus, quam malam hi conscientiam habeant, qui iniusta & impia bella gerunt, & quod nulla auxilij diuini spe animos suos sustentare possint, cum econtra illi, quibus iustæ ac piæ bella gerendi causæ sunt, tranquilla conscientia & præsentia atque auxilij Dei fiducia confirmati, arma capere, & fortiter pugnare queant, sicut in exemplo Ioab & sociorum eius conspicitur.

SEXTVS.

Ioab lustrauit exercitum suum, & tantum xix. milites Israeliticos in prelio cecidisse comperit. Abner uero trecentos & quadraginta uiros in exercitu suo occisos reperit.

Hic successus Dauidem uehementer confirmauit. Inde enim colligere potuit, Deum sibi adesse, atque Regnum eius confirmatum esse, oppressa illa factione Saulitica.

Doctrina huius loci est, Deum subinde mirandis periculis & negotiorum euentibus declarare, se pijs gubernatoribus opitulatorem adesse, in omnibus uocationum officijs.

CAP. TERTIVM.

PRIMVS LOCVS.

SAMVEL pergit commemorare perpetua inter factionem Sauliticam & Dauidem fuisse prælia & contentiones de Regno Israel. Hoc loco egregia & commoda fieri potest Allegoria. Regnum Dauidis est imago Regni CHRISTI, Regnum uero Isboseth significat regnum Diaboli. Ut enim inter Regnum Dauidis, & Regnum Isboseth, continuum & *ἀσυνδιδυ* bellum erat, donec factio Saulitica funditus deleta est. Ita & inter Samen

men Mulieris, id est, Christum, & semen Serpentis, id est, Diabolum, perpetuæ erunt inimicitiae usque ad finem mundi.

Hoc autem eo fit, ut CHRISTVS potentiam, *ἐκράτισ τῆς* *ἰσχύος αὐτοῦ* per infirmitatem membrorum suorum ostendat, & ut illorum fidem & patientiam exerceat. Quia in ocio & pace fides languescit, & securitas crescit. Porro multorum horribilium uitiorum & peccatorum causa est securitas. Sicut in exemplis per multis apparet. Atque hæc causa est, cur Deus tres illos populos, Philistinos, Cananæos, Zidonios & Hetheos noluerit imperio populi Israelitici subigere, ut scilicet essent, qui illos exercent, quo minus in securitatem laberentur, Iudicum iij.

SECUNDVS.

Dauid non modo in Regno, sed etiam in sobole incrementa sumpsit: utraq; benedictione Domini cumulatus est. Qua quidem benedictione corporali testatus est Deus, se Dauidi adesse, & aduersari factioni Sauliticæ.

Discamus autem hoc loco, Omnia beneficia cum spiritualia, tum corporalia, quibus pijs a Deo cumulantur, signa esse beneuolentiæ Dei erga se: Nec tantum beneficia, sed etiam afflictiones. Hinc illud Pauli Roma. quinto: Gloriamur etiam in afflictionibus &c. Econtra uero, opes, honores, & omnia uitæ commoda, quæ Deus impijs donat, non gratiæ sed iræ signa esse, dum perseverant in impœnitentia, Sicut testatur exemplum populi Israel, Exodi xv. cum Deus coturnices iratus cœlo demiserat.

TERTIVS.

Continet expostulationem Abner cum Isboseth filio Saulis. Cum enim Isboseth rescuisset, præfectum militiæ suæ Abner, cum patris sui concubina rem habere, iurgio illum adoritur. Quare grauiter irritatus Abner incipit cum eo expostulare, commemorans sua erga ipsum & patrem eius merita, per sancte affirmando, se ab eo defecturum, atque effecturum esse, ut Regnum quoque Israel ad Dauidem transferatur.

Hic Abner insigne Hypocritarum exemplum est, qui non amore ueritatis, sed emolumentum sui gratia, ad tempus recte faciunt, & cum pijs sese coniungunt, modo ad hanc, modo ad illam partem se applicant. Vbi uident illos, qui iustam & piam causam habent, florere, illorum partes tutantur. Vbi uero intelligunt Aduersarios eorum superiores fore, in partes eorum concedunt. Tales Hypocritæ fuerunt, sunt & erunt, omnibus temporibus, qui rebus tranquillibus ad ueram Ecclesiam sese recipiunt, tempore autem persecutionis ab ea

238. In cap. 3. lib. 2. Samuel.

deficiunt, & ad Hypocriticam ecclesiam redeunt, qualem fuisse dicunt Ecebolium rhetorem, qui temporibus Constantij in gratiam Imperatoris, studium Euangelij simulauit, regnante autem Iuliano, ad ingenium redijt, & ab Orthodoxa Ecclesia defecit.

ALLEGORIA

Sicut defectio Abneri fuit occasio, ut Regnum Israel ad Dauidem transferretur. Ita defectio seu incredulitas Iudæorum occasio fuit, ut Regnum Christi ad Gentes perueniret.

QUARTVS.

Abner mittit nuncios ad Dauidem, cum his mandatis, se paratum esse cum illo foedus & amicitiam iungere, atq; efficere, ut Regno etiam Israel potiatur, si ipsi placuerit. Cui Dauid respondit, Sibi hoc officium gratum fore, seq; amicitiam & foedus cum eo facturum esse, sed hac lege, si uxorem suam Michol ad se adduxerit. Quod cum se Abner curaturum promississet, Dauid illico misit ad Isboseth filium Saulis, qui ipsam ab eo reposcerent, & a uiro Phaltiel, cui Saul eam nuptum tradiderat, auellerent, qui eam perquam inuitus dimisit. Atq; ita Dauid uxorem suam Michol, opera Abneri, recepit.

Abner, postquam domum redijt, seniores Israel conuocauit, eisq; rem omnem narrauit ordine, Videlicet, quo consilio ipse decreuisset ab Isboseth deficere. Denique persuasit, ut communi consensu, Dauidem uerum Regem Israel agnoscerent, & ad eum deficerent. Idem persuasit Senioribus Benjamin.

Quod cum effecisset Abner, ad Dauidem in Hebron peruenit, a quo honorifice & amanter exceptus est conuiuio, quo finito, Abner discedens, promittit, se totum Israel ad dominum suum Regem Dauidem congregaturum esse.

Hactenus historiam recensui, Nunc uideamus, quam inde doctrinam petamus.

Quod Abner ab Isboseth deficit, iungens cum Dauide amicitiam & foedus, pie ac recte facit. Norat enim ipsum uerum ac diuinitus electum ac unctum Regem Israel, Deumq; Regnum Israel ab ipso Saul & posteris eius auullisse, & promississe Dauidi. Nam illa promissio haud dubie iam decennio, quo Saul Dauidem persecutus est, apud omnes Tribus percrebuerat. Non igitur peccauit Abner deficiens a factione Saulitica.

In quo id discamus, Quod liceat pijs, foedera & iuramenta cum uerbo Dei pugnantia rumpere: Qualia sunt iuramenta Monachorum,

chorum, qualia sunt fœdera & pactiones factæ cum Idolatris, & hostibus Euangelij.

Recte item ac pie fecit Dauid, quod maluerit sine cæde & sanguine, & utriusq; populi clade, Regnum Israel occupare. In quo egregium Exemplum proponitur Regibus & Principibus, ut omnia prius experiantur, quam armis rem agere incipiant.

Nec non & illud factum Dauidis humanitatis & pietatis plenum est, quod uxorem suam Michol ad se receperit. Erat enim legitima eius coniunx, & Regni hæres. Nam uxor omnia bona cum Marito habet communia.

Voluit præterea Dauid hoc pacto suam erga Michol gratitudinem declarare: Quippe quæ ipsum contra sæuitiam Saulis seruauerat, et inuisa ab eo auulsa erat.

In quo insigne Exemplum mutui amoris inter coniuges nobis proponitur. Item Exemplum dilectionis fraternæ, quæ etiam suo incommodo de proximo bene mereri non dubitat. Atq; ita uoluit suo exemplo cæteros admonere, ne facile aut leuibus de causis diuortium faciant.

Porro locum de *πλογαμία* nolo hic attingere. Sequitur in historia.

QVINTVS:

Ioab postquam comperisset, Dauidem cum Abnero fecisse amicitiam & fœdus, & amanter illum excepisse conuiuio, atq; dimisisse, grauius id tulit, acerrimoq; odio & ira erga Abnerum exarsit.

Itaq; accedens Dauidem, cum eo acriter exostulauit, quod hominem sceleratum & factiosum dimisisset impune, & conatus est Dauidis animum, odio Abneri incendere: cumque nihil profecisset, iratus discessit, atq; illico misit, qui Abnerum ad se accerferet, quasi familiariter cum eo de hac pactione, quam cum Dauide fecerat, locuturus. Qui cum uenisset, Ioab in mediam portam eum seduxit, atque ibi sica scelerate eum transfixit.

Duæ causæ fuerunt, quibus impulsus Ioab, Abnerum occiderit. Primum, ut fratris Hasahel necem ulcisceretur, quem Abner lancea confoderat. Deinde quod uerebatur, ne si Abner in aulam Dauidis receptus fuisset, in maiore gratia, & precio, apud ipsum foret.

Porro Abner dignas pœnas homicidij simul & factionis illius, cuius ipse autor erat in populo Israel, dedit.

Docet igitur hic locus, omnes homicidas & seditiosos tan-

240 In cap. 3. lib. 2. Samuel.

dem puniri diuinitus, nec eos, ut maxime hominum manus effugerint, manus Dei effugere posse.

Postquam Dauidi nunciatum est de cæde Abneri, grauius commotus est, & doluit, uirum tam præstantem, tam scelerate occisum esse. Itaque in hæc uerba prorupit, Mundus ego sum, & Regnum meum apud Dominum, in sempiternum, a sanguine Abner, & ueniat super caput Ioab, & super omnem domum patris eius, nec deficiat de domo Ioab fluxum seminis sustinens. Quibus uerbis, quinque atrocissima mala Ioab & posteris eius imprecatur, Fluxum seminis, lepram, debilitatem, gladium seu cædem, & famem, seu egestatem.

Hic quæritur, Rectene fecerit Dauid, tam dira imprecans Ioab & posteris eius? Simpliciter respondeo, Dauidem non priuato odio accensum, sed instinctu Spiritus sancti hæc imprecari Ioab, & annumerandum esse hoc factum Dauidis cæteris illius factis heroicis & singularibus, ut cum Leonem & Ursum occideret. Item cum Goliath obruncaret. Sæpe enim dictum est, hæc & similia facta summorum uirorum non esse in Exemplum trahenda. Quale illud erat Iosua, cum precibus suis cursum Solis fisteret. Item illud Samsonis, cum mandibula asinæ mille uiros occideret. Item cum Leonem laceraret. Item quando conuulsis duabus columnis, Philistinos spectaculo intentos ruina opprimeret. Item, quale illud erat Ionathæ irruentis in castra hostium, & magnam stragem facientis, sine iussu Patris. Eiusmodi multa singularia & heroica opera summorum uirorum, in sacris historijs obseruantur, quæ ipsi singulari quodam motu spiritus ac fidei fecerunt: quæ (ut inquit Lutherus) sunt inimitabilia, & de quibus nihil præcipi potest.

Quærat hic aliquis, An omnes imprecationes prohibitæ sint? Breuiter respondeo, Distinguentur imprecationes. Aliæ enim priuato odio & cupiditate uindictæ fiunt, atque hæc sunt prohibitæ, iuxta illud Lucae vi, Benedicite maledicentibus uobis. Aliæ, quæ pio zelo fiunt, hoc est, propter gloriam Dei, ut cum precamur, ut Dominus omnes conatus hostium ueritatis frangat, & illorum rationes & practicas, quibus doctrinam Euangelij delere student, perturbet, eorumque consilia dissipet, iuxta illud, Psalmi xxxiij, Dominus dissipat consilia Gentium, & irritas facit cogitationes eorum &c. Pleni sunt Psalmi, eiusmodi imprecationum. Vbi Ecclesia Dei, mala imprecatur hostibus Dei. Tales imprecationes non fiunt a Sanctis, ut odium suum erga impios expleant, sed ut gloriam Dei illustrent, & confiteantur, se uero zelo uerbi Dei ardere, & immenso studio illius propagandi flagrare.

SEXTVS.

SEXTVS.

David iubet omnem populum, qui apud se erat, Abnerum lugere mortuum, eiq; honorificum funus fieri. Hoc autem eo facit, ut suspicionem illam falsam a se amoueat, quasi suo iussu Abner occisum fuisse, atq; testatum faciat, se illum plurimi fecisse.

Hortatur autem hoc suo exemplo, Gubernatores & Principes, ut ita munere suo fungantur, ne ulla crudelitatis aut Tyrannidis suspitio in eis hæreat.

CAP. QVARTVM.

ⲱⲁⲣⲱⲗⲕⲁⲛⲓⲥ.

Extincto Abner magnus terror & consternatio cepit Isboſeth. Nam in Abnero spes omnis sita erat, & Isboſeth ita persuasus erat, hoc saluo se facile uictoria potiturum esse, nec tantum Isboſeth, sed omnes etiam Israelitæ abiecto animo atq; spe trepidare ceperunt. Quod ubi comperissent duo illi Berothitæ Baena & Rechab, qui erant duces belli in Regno Isboſeth, hi postquam occasionem nacti sunt, in conclauē Isboſeth irruentes, eum obtruncarunt, & caput eius ad Dauidem detulerunt. Causam huius facinoris Samuel non exprimit, Lyra autem secutus Rabinos hanc fuisse scribit, Quod Isboſeth eos uenatus sit ad supplicium, eo quod conspirationem contra eum fecerant, ut ipse Regno Israel pelleretur, atq; Mephiboſeth filius Ionathæ Rex fieret. Sed quæcunq; tandem causa eos impulerit, ut hanc cædem perpetrarent, certe non eam approbavit Dauid, sed de illis, ut de seditiosis & parricidis supplicium sumpsit.

Cum enim ad Dauidem caput obtruncati Isboſeth attulissent, sperantes se præmia pro hoc facto laturos esse, Dauid grauius illos obiurgauit, eo quod uirum innocentem in domo sua occidissent, iussitq; milites suos, ut eos illico occiderent, ac præcis manibus & pedibus cadauera eorum suspenderent patibulo. Videamus nunc quam inde doctrinam petamus.

PRIMO.

In Isboſeth & suis militibus insigne exemplum nobis proponitur, quod docet, quam abiecto & desperabundo sint animo hi, qui humanis confidunt præsijs, Vel ut Prophetæ uerbis utar, qui ponunt carnem brachium suum, ubi in aliquod periculum inciderint. Vbi enim humanis uiribus, seu causis secundis destituti fuerint, in tantam consternationem ac trepidationem ruunt, ut

242 In cap. 4. lib. 2. Samuel.

prorsus nulla consolatione animum possint erigere. Dum enim humanis praesidijs probe muniti sunt, nihil est illis confidentius & insolentius. Cum uero haec illos defecerint, nihil ipsi timidius. Huius rei exempla innumera sunt passim obuia in historijs & in quotidiana experientia.

SECUNDO.

Recte ac pie facit Dauid de illis duobus homicidis poenas sumens. Nam ut maxime Isboseph sceleratus & Tyrannus fuisset, non licebat tamen illis uiolentas manus ei afferre, aut exercere uindictam, quae Dei propria est. Voluit igitur Dauid hoc suo facto exemplum constituere, ne quis subditorum Principi aut Gubernatori suo quamuis immani ac Tyranno uim afferat. Iuxta illud: Mihi uindictam & ego retribuam. Deinde declarare uoluit, non suo iussu aut consensu illos Berothitas hanc caedem fecisse, seque ab omni suspitione affectati Regni & odij, erga Isboseph alienum esse. Nam prius non modo debent operam dare, ne sese flagitijs contaminent, uerum etiam ut ab omni specie mala abstineant, i. Thessalon. v.

TERTIO.

Et si Berothitae illi scelerate fecerunt, Isboseph trucidantes, tamen dignas ipse poenas peccati persoluit. Solet enim Deus impios ac sceleratos per sceleratos punire, Gott straffet einen Schalk durch den andern, ut in exemplis omnium temporum conspiciuntur: Romanos puniuit per Gotos, Graecos per sceleratissimum Mahometh. Omnes historiae cum sacrae tum prophanae talium exemplorum plenae sunt. Atque hi sunt praecipui fere loci huius Capitis.

CAP. QUINTVM.

PRIMVS LOCVS.

CUM uiderent Tribus Israel hanc Saulitarum cladem, atque Dauidem mirificum in omnibus negocijs domi & foris habere successum, ultro ad eum uenerunt in Hebron, petentes, ut se in gratiam reciperet, eo quod ipsi essent cognati eius, uidelicet oriundi a Sancto Patriarcha Iacob. Sic enim inquit, Ecce nos os tuum, & caro tua sumus.

Quinetiam fatentur, se multis praecclaris testimonijs Dei conuictos agnoscere, Dauidem diuinitus electum & unctum esse Regem Israel.

Doctrina huius loci est, quod non sit humanae sapientiae & industriae

industriæ, sed opus Dei, flectere animos subditorum, ut Gubernatores suos reuerentur, & diligant, eisq; summa uoluntate obtemperent. Hanc autem benedictionem Deus donat timentibus eum, & hanc a Domino petant omnes, qui alijs præsumunt. Hoc beneficium Dauid magnifice prædicat Psalmo cxliij. Qui subdis populum meum sub me. Item Psalmo decimo octauo: Supplanta sti insurgentes in me, sub me.

Quocirca inanes sunt omnes contentiones, & studia eorum Gubernatorum, qui omisso timore Dei & inuocatione, subditorum beneuolentiam sibi humanis tantum consilijs parare studet.

Porro populus Israel tres causas commemorat, quibus se dicit commoueri, ut Dauidem Regem agnoscat. Primum, quod ipse sit de ossibus & carne ipsius. Deinde, quod præclare de populo Israel meritis sit, cum toties hostes eius in fugam conuerterit. Postremo, quod certo sciât, ipsum a Deo electum esse Regem Israel.

Obseruanda est autem hæc particula, quam populus Israel inculcat Dauidi, Dixit autem Dominus ad te: Tu pasces populum meum Israel, & eris dux super Israel. Significant enim hæc uerba, quæ sint præcipua officia Gubernatoris seu Magistratus, uidelicet, pascere & tueri subditos, *Nehren vnd wehren*. Nam primum pius Magistratus prospicere debet populo pijs doctoribus, qui doctrinam cœlestem pure tradant, atq; efficere, ut Ecclesiæ & Scholæ recte constituantur. Hinc est, quod uocentur Nutritores Ecclesiæ, Esaiæ quadragesimo nono.

Hæc sit prima cura & officium Gubernatoris Politici. Hoc loco taxandi sunt, qui magistratum uolunt esse tantum Armenarium, qui saltem uentris bona comparet populo.

Alterum officium pijs Magistratus est, ut sit Dux populi, hoc est, ut eos contra latrocinia, & omnem externam uiolentiam, armis protegat. Item, ut ius dicat, iudicium exerceat, innocentes defendat, & maleficos puniat. Hinc ille augustus Titulus, ut Diaconus Dei uocetur.

SECUNDVS.

Postquam tribus Israel Dauidem agnouerunt Regem, eique suam obedientiam ultro obtulerunt, Dauid cum eis foedus percussit in Hebron coram Domino, atq; ibi tertio unctus est Rex Israel ab uniuersis Tribubus. Fuit autem Dauid triginta annos natus, cum regnare coepisset, & regnauit quadraginta annis. Septem annos & sex menses regnauit in Hebron, Triginta & tres Hierosolymæ super omnes tribus Israel & Iuda.

Foedus quod Dauid fecit cum populo Israel & Iuda, nihil aliud fuit, quam promissio illa, seu iuramentum, se iuxta legem di-

244 In cap. 5. lib. 2. Samuel.

uinitus traditam regnatum esse. Qua quidem re exemplum proponit omnibus Gubernatoribus, ut non pro suo arbitrio, sed iuxta certas & præscriptas Leges imperent, & subditos regant. Atq; hæc res discernit Magistratum a Tyranno, qui non ex præscripto iure, sed pro animi sui libidine Rempublîcã administrat.

TERTIVS.

Posthæc Dauid ad expugnationem Hierosolymę, quam tum Iebusei tenebant, cum exercitu profectus est. Cumq; Iebusei urbem obsidione cinctam esse uiderent, statuas suas idolatricas, quas Spiritus sanctus cæcos & claudos uocat, collocarunt in muros, addentes insuper conuitia in ipsum Dauidem, dicentes: Non prius hanc urbem capies, quam hos cæcos & claudos hinc abstuleris. Sic enim persuasi erant Hierosolymam præsidio idolorum suorum saluam fore.

Porro Dauid premium proposuit ei, qui primus muros conscendens Idolatricas illas imagines, quas anima eius abominabatur abstulisset. Erat autem premium, ut is, qui id fecisset Princeps & Dux esset militiæ i. Paralip. xi. Atq; hoc adeptus est Ioab. Is enim primus ausus est muros conscendere, & cæcos illos & claudos inde deicere.

Cæterum Spiritus sanctus, ideo deos Gentium cæcos & claudos uocat, quod nec prudentia aut consilio, nec auxilio suis cultoribus præsto esse queant in periculis. Nam cæcorum & claudorum nullus est usus. Hinc natum est in populo Dei hoc Prouerbi-um: Cæcus & claudus non introibunt in templum. Quo admonebantur pñ, ne idola Gentium colerent.

Dauid postquam arcem Sion cepit, habitauit in ea, & uocauit eam Ciuitatem Dauid, atq; ædificauit & muniuit eam a Milo usq; ad Gyrum. Reliqua autem urbis Ioab extruxit. Ita Regnum Dauidis indies crescebat & confirmabatur, Et Dominus erat cum eo.

Quod Dauid Iebuseos una cum suis Idolis deleuerit, uoluit hoc suo exemplo admonere Gubernatores Politicos, ut omnes manifestas Idolatrias & blasphemias de Ecclesijs tollendas curēt. Hoc est, debent pios ac synceros Doctores Ecclesijs præficere, qui sanam doctrinam uerbi sonent, & omnes Idolatricos cultus abrogent, pure docendo & acriter disputando.

In Iebuseis egregie depictum est ingenium omnium Idolatarum, quod nō modo furenter Idola sua colunt, et fiduciam, quam soli Deo debent, in creaturas transferunt, uerumetiam quod acerbissima conuitia dicunt in uerum Deum & cultores eius.

Hiram Rex Tyri commotus fama, ac celebritate nominis Dauidis,

uidis, misit nuncios ad eum. Adhæc ligna Cedrina, & artifices, qui ligna & lapides cederet, atq; pararent, ad ædificationem Templi, ut hoc pacto gratularetur Dauidi istam foelicitatem, quod Dominus eum confirmasset Regem super Israel, & quod exaltasset Regnum eius super populum suum Israel.

Non casu sed certo Dei consilio id accidit, ut Hiram Rex Tyri, & legatione & muneribus missis Dauidi suam istam foelicitatem gratularetur. Videlicet ut hoc uelut illustri signo animus Dauidis confirmaretur, Deum illi adesse gubernatorem & opitulatorem in omnibus negocijs atq; periculis contra omnem uolentiam, furorem & insidias inimicorum suorum.

Supra hunc locum tractaui, Deum subinde nouis signis ac testimonijs declarare, se timentibus eum, adesse protectorem & opitulatorem.

ALLEGORIA.

Dauid est typus Christi. Hiram est imago Gentium, quæ ad Christum conuertentur. Templum ad cuius ædificationem Hiram ligna & lapides miserit, significat Ecclesiam Christi ex omnibus populis colligendam. Propter Christum omnia facta sunt, propter Christum tota scriptura sancta tradita est. Qui igitur in ea Christum non quærit nec scrutatur, is nihil proficiet in ea, nec ullam inde solidam doctrinam & firmam consolationem capiet.

QVINTVS.

Post hanc benedictionem Dei, Dauid plures uxores & concubinas duxit, unde plurimos filios & filias suscepit. Usitatum erat in isto populo, plures uxores & concubinas ducere. Illud autem iuniores admonendi sunt, *πολυγαμίαν* non fuisse a Deo institutam, sed mala consuetudine inuectam. Fertur autem Lamech huius autor fuisse, Is enim primus omnium duas uxores duxit, Genesis iij. Hæc autem consuetudo postea propemodum in Legem abiit. Ita ut etiam sancti homines, ne turbatores Politici ordinis esse uiderentur, plures ducere coacti sint.

SEXTVS. *περάφαις.*

Philistini cum audiissent Dauidem super totum Israel Regem unctum esse, bellum summa uic contra eum appararunt. Quo audito Dauid in præsidium se contulit. Philistini uero ad Raphim confederunt. Dauid priusquam in aciem copias educeret, Dominum consuluit, an cum Palestinis deberet dimicare, & an Dominus illos in manum suam traditurus esset? Et respondit Dominus: Ascende, quia tradens dabo Philistinos in manum tuam: cumq; in Baalprasin Dauid uenisset, Philistinos prælio uicit, & dixit: Diuisit Dominus inimicos meos coram me, sicut diuisit



246 In cap. 6. lib. 2. Samuel.

duntur aquæ. Hinc loco illi nomen hoc inditum est Baalprasin;
Quod ibi in fugam conuersi ac cæsi sint Palestini, ac reliquerint
ibidem idola sua, quæ Dauid, & qui cum eo erant, abstulerunt.

Post hunc successum & benedictionem Domini, noua quædam
turba & periculum Dauidem excepit. Nam Philistini bellum ei
intulerunt. In qua historia id discamus, Deum ita Sanctos suos re
gere, ut nouis subinde periculis & afflictionibus eos conflictari si
nat, quo minus ociosi ac securi efficiantur. De quo sæpius alias di
ctum est, uidelicet, quod Deus certo & salutarî consilio permittat
diabolum & mundum exagitare & uexare pios, ut eorum fidem,
patientiam, inuocationem ac expectationem probe exercent, atq;
ita mirabilia ipse opera sua, & potentiam contra hostes suos de
claret.

Deinde & illud inde discamus, quod in periculis nostris, æ
rumnis, ac rebus dubijs ad Deum debemus confugere, & a pijs
atq; peritis hominibus consilium & consolationem petere. Deus
enim per homines cum hominibus loquitur, docet, et consolatur,
Iuxta illud: Vbi duo aut tres congregati fuerint in nomine meo,
in medio eorum sum. Hoc loco iuniores de phrasi scripturæ ad
monendi sunt, quod consulere Dominum scriptura uocat, adire,
& consulere sanctos uiros, in quibus spiritus Dei habitat, & ab il
lis consilium simul & consolationem petere. Mos enim erat olim
in ueteri Testamento, ut pijs in rebus dubijs, atq; in summis tenta
tionibus & periculis, adirent sanctos Patriarchas, Prophetas & Sa
cerdotes, qui docebant & gubernabant Ecclesiam.

Sic Rebecca Genesis uigesimo quinto dicitur consuluisse Do
minum cum sanctum Patriarcham Sem, qui tum erat summus
Doctor in populo Dei adiret, eumque de paruulis, qui in utero
suo collidebantur consuleret. Sic Hanna i. Regum i. Dominum
consuluit, cum a Sacerdote Eli consolationem petebat. Sic & mul
ti alij.

SEPTIMVS.

Palestini restaurarunt bellum contra Israel, & ascendentes sub
stiterunt in Raphaim. Iterum Dauid consuluit Dominum, num
cum Philistinis pugnam confereret, eosq; in manus suas traditu
rus esset? Qui respondit: Non ascendes contra eos, sed a tergo il
los adoriaris, ut ex aduerso pyrorum in illos impetum facias.
Cum enim audieris sonitum in cacumine pyrorum, tunc inibis
prælium, quia tunc egredietur Dominus ante faciem tuam, ut
percutiat castra Palestinorum. Huic mandato Dei Dauid

obtemperans Palestinos fudit fugauitque, de
Gaba usq; ad Gazer.

CAPVT

CAPVT VI.

Post hanc uictoriam Dauid, collecto omni robore militum, ex tribubus Israel & Iuda, tribus millibus uirorum profectus est, ut Arcam Domini de Gabaa peteret. Ibi enim sita erat in domo Abinadab, cumq; eam nouo curru impositam inde abducerent, Dauid & omnis populus Israel coram Domino, omni Musicorum instrumentorum genere ludebant.

Illustre exemplum in Dauide hic proponitur, quod docet & admonet omnes Gubernatores, ut post restitutam pacem & tranquillitatem, in hoc summis uiribus incumbant, ut uera doctrina quoque & omnes ueri cultus Dei restaurentur, de quo sæpe alias dictum est. Item docet Gubernatores in exercendis cultibus esse debere: Solent enim subditi in exempla Gubernatorum intueri, iuxta illud, *πᾶσι ἡ πόλις τοῦ ἀρχοῦ ὁμοιοῦται.*

Regis ad exemplum totus componitur orbis. Non igitur pudeat illos, qui præsunt cæteris etiam in minimis cultibus Dei, pio exemplo prælucere subditis.

SECUNDVS.

Postquam ad pinum Nachor uentum est, Ufa arcam Domini uacillantem manu apprehendit ac tenuit. Qua quidem re ita iram Dei irritauit, ut percussus a Domino coram arca mortuus conciderit. Dauid autem magnam inde dolorem accepit. Hinc est quod locus ille percussio Ufæ dictus sit, usq; ad hanc diem. Magnam terrorem hic interitus Ufæ Dauidi incussit, ut magis etiam timeret Dominum, ac diceret: Quomodo ingrediatur ad me arca Domini? Noluit itaq; arcam Domini in ciuitatem suam introducere, sed in ædes Obededom Gothei illam traduxit, cumq; arca Domini tribus mensibus in domo Obededom mansisset, benedixit Dominus Obededom, & omni familiae eius.

Etsi Israelitæ & Dauid pio animo Arcam Domini nouo curru imposuerant, tamen grauiter peccabant. Quia Lex diuina prohibebat, ne quis præter Sacerdotes Arcam Domini portaret. Sic & Ufa horribiliter iram Dei irritauit contingens Arcam Domini, ideoq; percussus a Domino perijt.

Horribile hoc exemplum est, quo monemur, ne quos quamlibet præclaros & laudatos cultus Deo præstemus, sine ipsius expresso mandato, nec satis esse ad colendum Deum, afferre pium affectum, seu deuotionem piam, & bonum propositum, nisi & certū mandatū Dei accesserit, quo iubemur hos uel illos cultus Deo



248 In cap. 6. lib. 2. Samuel.

præstare. Abominatio est igitur coram Deo omnis λαΐα, quam ipse non præcepit, sicut multæ sententiæ atq; exempla scripturæ testantur. An cultus Baaliticus non erat speciosus & laboriosus? Attamen βλάβος erat coram Deo. Nec Ieroboam temeritate quadam, sed pio & salutari consilio vitulos illos aureos in Samaria erexerat, quo populum Israel in Regno suo retineret, minimeq; ad Regem Iuda deficeret, sed quia sine mandato Dei id faciebat, Deum grauissime offendit, eoq; peccato sibi & posteris suis atrocissimas poenas accersit. Magnam λαΐα speciem habebat, quod quidam ex populo Israel & Iuda imitati exemplum Abrahæ filios suos Deo immolabant, sed quia sine iussu & mandato Dei id faciebant, seuerissimam reprehensionem & iram Dei incurrebant.

Opponendum est igitur hoc exemplum Israelitarum & Vix, omnibus qui electicia opera, seu ut Paulus uocat εὐσεβειᾶς suscipiunt, atq; illis Deum placare student. Qualia sunt Papistarum, Monachorum, Eremitarum, Anabaptistarum, & similibus. Etiam si quis ardenti ferro corpus suum lacerari, ad gloriam Dei sineret, Tamen si sine expresso mandato Dei hoc faceret, summa contumelia Deum afficeret.

Econtra omnia opera a Deo præcepta, quamuis in specie uilia ac spreta, sunt Deo acceptissima sacrificia & λαΐα gratissime, nullam aliam ob causam, nisi propter uerbum Dei. Hoc est enim illud decus & ornamentum, quod omnia opera Ecclesiastica, Politica & Oeconomica commendat & illustrat.

Illud etiam obseruandum est, quod Textus dicit, Dauidem contristatum esse, eo quod percussisset Dominus Ozam, Item extimuisse Dominum. Vult enim ostendere his uerbis Spiritus sanctus pios habere tenerrima corda & conscientias, & facillime conturbari etiam in rebus leuissimis. Nam Dauid uehementer timuit, ne Deum offendisset, eo quod Arcam Domini non iuxta Legem diuinam a Sacerdotibus portari curauerat. Sic omnes pii semper affecti sunt, ut cum uident sibi aut suis aliquid mali accidisse, illico uereantur, ne ipsi huius calamitatis sint autores. Cum igitur tam molle cor, ac tenera conscientia est pijs, Satan facile illam sauciare aut perturbare potest, minimis etiam in negocijs. Das jnen viel banger wirt / wann sie ein trunck zu viel gethan / oder zu lang geschlafen haben / dann wann ein roher Mensch ein Ehebruch / oder sonst ein gewliche sünde gethan hat.

Econtra impij quouis ferro & Adamante duriora pectora habent, quæ nullis grauissimis comminationibus Dei, nec horrendis exemplis iræ diuinæ sauciari possunt, iuxta illud Psalmi cxix. Impinguatum

Impinguatum est, sicut ad epe cor eorum. Etiam si atrocissima scelerata, quorum uel commemoratione piorum mentes uehementer conturbantur admiserint, minime tamen dolent se peccasse. Imo ne peccasse quidem se sentiunt. Ideo Paulus uocat eos ἀπληγκότασ.

TERCIO.

Cum Arca Domini tres menses in ædibus Obededom mansisset, benedixit Dominus Obededom & domui eius, Quod ubi nunciatum esset Dauidi, Dominum Obededom Heltheo & omnibus suis facultatibus benedixisse propter Arcam, reduxit eam in ciuitatem Dauidis cum gaudio.

Hic locus memoratu dignus est. Illustre enim exemplum proponit, quod testatur Deum multiplici benedictione cumulare omnes, qui hospitium præbent Ecclesiæ, & ministerium Euangelij honore afficiunt ac reuerentur, piosq; Doctores fouent, tegunt & ornât. Est autem Arca Domini imago Ecclesiæ & piorum Doctorum. Cõuenit igitur hoc exemplum cum dicto illo Regum ij. Quicumq; honorificauerit me, glorificabo eum. Hoc est, Deus nõ modo animæ, sed etiam corpori & fortunis benedicit illorũ, qui uerbum suum honorant. Nam etsi nõ opes regias, & oim rerum copiã illis donet, tamẽ ita tenuitati illorũ bñdicit, ut plusculũ oleis melius eos pascat & iuuet, q̃ impios diuites saginatus taurus.

Hæc iam exemplis illustranda sunt, ut exemplo Iacob agentis in Mesopotamia, exemplo Ioseph in Aegypto &c.

Quod iam tanta est difficultas annonæ, causa est contemptus uerbi. Quia nulli aut perpauca sunt, qui Ecclesiæ hospitium præbent, & aliquid ad ministerium Euangelij conferunt. Hinc illa funesta bella, hinc fames, hinc pestis, hinc nostri fundi calamitas. Copiosus hic locus est, quem uberius tractandum commendo illis, qui ingenio ac eruditione abundant.

Quod autem Dauid cum gaudio & magna pompa Arcam Domini reduxerit Hierosolymam, exemplo suo nos admonet, ut summa læticia & reuerentia seruiamus Domino, iuxta illud, Hilaritatem datorem diligit Deus. Item Psalmo secundo: Seruite Domino cum timore, & exultate ei cum tremore.

QUARTO.

Michol autem Saulis filia prospiciens per fenestram, uidit Dauidem accinctum Ephod, & saltantem coram Domino, despexit eum in corde suo. Cum autem Arcam Domini introductam in medio Tabernaculi collocassent, Dauid obtulit holocausta & pacifica, & benedixit populo in nomine Domini exercituum, & finito conuiuio dimisit populum.

De Michol uxore Dauidis mox infra dicemus. In Dauides sal

250 In cap. 6. lib. 2. Samuel.

tante coram Domino, et offerente sacrificia, exemplum nobis proponitur, quod docet, pios non pudere nec poenitere ullius humilitatis & sumptus, quem in prouehendis ueris Dei cultibus faciunt, eosque non dubitare etiam cum summa ipsorum ignominia, & iactura rei familiaris, gloriam Dei illustrare, & ministerium uerbi prouehere.

QVINTO.

Cumque David rediret, ut domui suae benediceret, Michol filia Saulis ei obuiam procedens, his eum uerbis excepit; Egregiam sane laudem Rex Israel hodie nactus est, quod ita coram ancillis seruorum suorum sese nudauerit, more scurrarum. Ego uero, inquit David, ludam ante Dominum, qui me neglecta familia patris tui, elegit Regem & Ducem populi Dei in Israel. Nec me pudet ad maiorem etiam deiectionem ac leuitatem descendere, atque in oculis meis humilem esse. Scio enim me una cum ancillis istis, quarum mentionem fecisti, tandem exaltatum iri. Ex eo tempore Michol nullam unquam prolem peperit.

Michol est imago rationis humanae, quae doctrinam Euangelij & omnes cultus Dei ut impios & stultos ridet, & pro ludibrio habet eos, qui illos praestant. Estque imago Iudeorum & Gentium, quorum alijs doctrina Euangelij est stulticia, alijs uero scandalum.

CAPVT VII.

Postquam Deus pacem & tranquillitatem Dauidi, oppressis hostibus suis, reddidisset, David bona intentione, seu pio consilio coepit cogitare de aedificando Templo Domini. Nequaquam enim conuenire arbitrabatur, se in cedrina domo habitare; Arcam uero Dei in medio pellium sitam esse. Accersito igitur Propheta Nathan consilium suum illi exposuit, quod Nathan uehementer probauit, dicens: Omne quod est in corde tuo, uade, fac, quia Dominus tecum est. Verum Domino hoc consilium Dauidis displicuit. Nam Deus in sequenti nocte iubet Nathan admonere Dauidem, ut ab hoc proposito desisteret, adiiciens se ex eodie, quo populum Israel eduxit ex Aegypto, in nulla domo habitasse, sed in Tabernaculo & Tentorio cum eo ambulasse.

Deinde iubet eundem Nathan commonefacere Dauidem beneficiorum Dei, quod Dominus ex obscuro pastore celeberrimum Regem eum fecerit, ad tantum dignitatis gradum euehens.

Postremo promittit Deus, se Messiam de semine Dauidis excitaturum, & Regnum eius confirmaturum esse in aeternum.

Hoc

Hoc responsum Dei cum Nathan attulisset Dauidi, summo gaudio affectus est, & ingenti motu cordis, pro hoc amplissimo beneficio gratias egit Deo. Atque hæc est summa huius Capituli, quod doctrina & consolatione plenum est. Est autem arduum & sublime Caput, & requirit non mediocrem, qui hoc recte interpretetur, artificem. Faciam autem periculum ego, pro mediocritate doni mei.

PRIMO.

In Dauide & Nathan exemplum nobis proponitur, quod docet etiam summos homines, & heroicis sanctos posse in rebus diuinis errare, eorumque non semper a Spiritu sancto regi. Nam Nathan non Prophetico, sed humano spiritu Dauidem admonuit, ut omne quod in corde suo esset, faceret.

Præclare D. Lutherus inquit, se talibus historijs, quæ ostendunt summos illos uiros & sanctos Heroicos sæpius errasse, & lapsos esse, magis delectari, quam quæ ipsorum uirtutes & ingens illud robur fidei ac spiritus prædicant, eo quod maiorem consolationem pñs mentibus afferunt, cum audiunt illos itidem ut nos carnem & sanguinem habuisse, atque iisdem infirmitatibus, quibus nos laboramus, obnoxios fuisse.

SECUNDO.

Quod Deus per Nathan admonuit Dauidem, ut beneficio Dei memor sit, significat Sanctos quamuis magno spiritu præditos, & probe certaminibus exercitados, opus habere tñ commonefactione, quales ante cōuersionē fuerint, & quibus bñficijs a Deo ornati sint. Magna est. n. etiā in Sanctis naturæ infirmitas.

TERTIO.

Duas promissiones Dei Nathan affert ad Dauidem, unā corporalem, Quod Deus Regnum eius Politicum cōfirmaturus sit, eiq; tranquillitatem ab externis hostibus redditurus; Alteram spiritualem, de Regno Christi, Quod Dominus de semine Dauidis excitaturus sit Messiam, et Regnum eius stabiliturus in æternum. Sed uerba huius Promissionis consideremus.

EGO ERO EI IN PATREM, ET IPSE ERIT MIHI IN FILIUM, QUI SI INIQVE ALIQUID GESSERIT, ARGVAM EVM IN VIRGA VIRORVM, ET IN PLAGIS FILIORVM HOMINVM, MISERICORDIAM AVTEM MEAM NON AVFERAM AB EO, SICVT AB STVLI A SAVL A FACIE TVA.

His uerbis, SI QUID INIQVE GESSERIT, diserte ostēdit Christum peccata totius Mundi in se translaturum esse, et

252 In cap. 7. lib. 2. Samuel.

non modo uictimam pro peccato, sed ipsum etiam Peccatum, pro nobis futurum esse. Solet enim scriptura ita de Christo peccatore loqui, ac si solus ipse Peccator esset.

Diligenter hos locos scripturę lector obseruet, in quibus mentio fit Christi, tanquam omnium maximi peccatoris, qui sese totius humani generis sceleribus contaminasset.

Debet autem hic locus, ARGVAM EVM IN VIRGA VIRORVM, non modo de Christo, sed etiam de tota Ecclesia accipi.

Et est sententia: Etsi Deus, Messiam & Ecclesiam eius horribilibus afflictionibus exercebit, minime tamen deseret, sed liberabit tandem & glorificabit eum, cum Ecclesia sua, nec unquam misericordiam suam ab illis amouebit.

SBD DOMVS TVA ET REGNUM TVVM FIRMVM ERIT PERPETVO, CORAM TE, ET THRONVS STABILIVR IN ATERNVM.

Hęc non de familia Dauidis, nec de Regno eius Politico, sed Regno Messię, qui de sanguine suo nasciturus est, intelligantur.

INGRESSVS EST AVTEM DAVID, ET SEDIT CORAM DOMINO. Pro utraq; benedictione, in primis uero pro spiritali promissione, Dauid gratias Deo agit, dicens: QVIS EGO SVM, DOMINE DEVS, ET QVAE DOMVS MBA, QVIA ADDUXISTI ME HVC VSQVE?

Dauid huius amplissimę promissionis admiratione obstupescens, & quasi attonitus in hęc uerba prorumpit, QVIS EGO SVM, DOMINE DEVS? Quasi dicat, nimis magnum, arduum & gloriosum est, mihi hoc promitti diuinitus, Meam domum & filium meum, ad tantum dignitatis fastigium euectum iri, ut in Regno tuo sempiterno sedeat Rex & Dominus, uidelicet cum Potentia & Maiestate diuina. Quid dicam? Quid mirer? Quid Domine Deus? Quousq; etiam me prouehis? Sequitur in Textu:

SICCINE ERGA HOMINEM TE OSTENDIS?

His uerbis Dauid clare testatur, filium suum Messiam uerum hominem fore, qui *χρησται*, habitu, hoc est, uitę consuetudine, moribus & affectibus nihil a reliquis hominibus discrepabit, excepto peccato.

Addit autem, IN SVPERNIS, ut ostendat eundem MESSIAM non modo uerum hominem, sed etiam uerum Deum fore. Nam hic Titulus, hoc Elogion, ESSE DOMINVM

NVM DEVM IN SVPERNIS, soli Deo competit. Sed hunc locum Reuerend. uir Doctor Lutherus piæ memoriæ, perquam erudite & copiose explicat in Libello, cui Titulum fecit, De nouissimis uerbis Dauidis, Huc remitto Lectorem.

QVID ERGO ADDERE POTERIT AD HVC?

Quali dicat, Quid amplius faciat, uel, Quid ad hoc memorabile beneficium addi possit?

PROPTER VERBUM TVVM, ET SECUNDVM COR TVVM, FECISTI OMNIA MAGNALIA HÆC.

Hæc autem omnia tanta beneficia in me contulisti, nullo meo merito, sed propter promissionem tuam, ut testareris, te Deum esse ueracem & seruantem promissa, Das du ein warhafftiger / frommer / trewer Gott bist. Atque hic est omnium amplissimus cultus, quem Deo tribuere possumus, confiteri ex animo & palam, nos gratuita misericordia a Deo recipi, exaudiri & iuari, nos a Deo omnia gratis accepisse.

IDCIRCO MAGNIFICATVS ES DOMINE DEVS.

Hinc illa celebratio nominis tui, quod nullis nostris meritis commotus tanto beneficio me & populum tuum afficis.

QVIA NON EST SIMILIS TVI, NEQVE EST DEVS EXTRA TE.

Talem Deum non habent ullæ Gentes Idolatræ, qui tam sit potens, misericors, bonus, uerax & longanimis, qui ita præsens sit cultoribus suis, ut in populo tuo, & qui tantis beneficijs atque miraculis populum suum ornasset, Der sein Volk so herrlich vnd mechtig könne regieren / führen / retten vnd schützen / Ideo addit.

QVÆ EST ENIM GENS IN TERRA, VT POPVLVS TVVS ISRAEL, PROPTER QVAM IUIT DEVS, VT REDIMERET EAM SIBI IN POPVLVM, ET QUI TAM MAGNALIA ET HORRIBILIA FACERET, SVPER TERRAM TVAM, CORAM POPVLO TVO.

Respicit ad eductionem ex Aegypto, & cætera opera & mirabilia Dei, quibus populum Israel seruauit in solitudine quadraginta annis, & omnes hostes eius deleuit, ut sequentia uerba testantur.

FIRMASTI ENIM TIBI POPVLVM ISRAEL IN POPVLVM SEMPITERNVM.

d

254 In cap. 7. lib. 2. Samuel.

Populum Israel uocat Ecclesiam Christi, ex Iudæis simul & Gentibus collectam. Et addit in fine precationem.

NUNC ERGO DOMINE DEVS, VERBUM TVVM, QVOD LOCVTVS ES SVPER SERVVM TVVM, ET SVPER DOMVM EIVS, CONFIRMA IN AETERNVM.

Etsi certus est, & ἄποφασίαι sciatur, Dominum promissionem suam de mittendo Messia seruaturum esse, neque illam ullis populi sui peccatis offensum reuocaturum, Tamen petit, ut Deus eam præstet, & Messiam exhibeat. Sic nos etiam si certo sciamus & statuamus, peccata nobis remissa esse, & in Regnum Dei translatos esse, tamen semper hanc petitionem urgemus, ut Deus remittat nobis debita nostra, atque in Regnum suum nos traducat. Hoc autem eo fit, non quod de promissione Dei dubitemus, sed ut Deus ἄποφασίαι illam, id est, certitudinem in nobis confirmet, ut magis magisque uerbo Dei credamus, ac reconciliationis & gratiæ promissio indies magis dulcescat nobis.

ET FAC, SICVT LOCVTVS ES, VT MAGNIFICETVR NOMEN TVVM VSQVE IN SEMPITERNVM, ATQVE DICATVR, DOMINVS DEVS EXERCITVVM, DEVS SVPER ISRAEL.

Addit causam finalem cur Deus promissionem suam seruet, & Messiam exhibeat, uidelicet, ut nomen eius sanctificet & celebret. Denn es ist Gott alles vnd gar vmb seinen Namen vnd Ehre zuthun/ das alle Welt in recht lerne erkennen/ehren vnd preisen.

ET DOMVS SERVI TVI DAVID ERIT STABILITA CORAM DOMINO.

Quasi dicat, semper aliquis de semine meo super thronum meum sedebit coram me, donec Messias uenerit. Iuxta illud Genesis xlix. NON AVFERETVR SCEPTRVM A IYDA, DONEC VENERIT SILO. Item Psalmo lxxxix. SEMEN EIVS IN AETERNVM MANEBIT, ET THRONVS EIVS, SICVT SOL IN CONSPECTV MEO, ET SICVT LVNA PERMANEBIT IN AETERNVM, ET TESTIS IN NUBIBVS FIDELIS.

Semper enim aliquis de semine Dauidis, super thronum eius sedebat, usque ad Herodem Magnum, ibi sceptrum Iuda ceciderat. Quia tum instabat aduentus Messiae, qui sub Herode natus est in Bethlehem.

Et addit sibi hoc diuinitus per Nathan reuelatum esse, cum ait: QVIA

QVIA TV DOMINE EXERCITVVM DEVS ISRAEL, REVELASTI AVRICVLAM SERVI TVI, DICENS, DOMVM AEDIFICABO TIBI, PROPTEREA INVENIT SERVVS TVVS COR SVVM, VT ORARET TE ORATIONE HAC.

Quasi dicat, hæc ipsa reuelatio cor meum accendit, ut has preces coram te dicerem.

NVNC ERGO DOMINE DEVS, TV ES DEVS, ET VERBA TVA ERVNT VERA.

Magnitudo gaudij ita eum copiosum in orando facit. *Er fan für grosser freuden nicht auff hören mit beten.* Est igitur sententia, Etsi enim hæc tua promissio de uenturo MESSIA, qui de carne & sanguine meo nasciturus est, rationi humanæ uidetur esse ridicula, & impossibilis, Tamen certissime scio, sic omnia, ut promissisti, futura esse, quia Deus tu es, cui nihil est impossibile. Ad hæc, uerbum tuum est ueritas, *Du bist ein Gott der nicht liegen noch trügen kan.* Ad hunc modum pingamus Deum in cordibus nostris, inuocantes eum, quod ipse sit Deus omnipotens, apud quem non est impossibile omne uerbum, Et quod sit seruās promissionum, & uerbum eius ueritas, Psal. xxxiij. Quia rectum est uerbum eius, & omnia opera eius in fide. Hæc & similia dicta animo colligamus, & dubitationi & diffidentiae carnis opponamus. Quia Diabolus & caro duobus modis conantur precationem nostram turbare, ac impedire, quod aut simus indigni, qui a Deo aliquid petamus, aut quod impossibilia sint, quæ a Deo petimus.

CAPVT VIII.

POSTquam Daud Arcam Domini reduxisset, & ueros cultus Dei restaurasset, omnes hostes populi Israel bello aggreditur. Et primum Philistinos adoritur, eosq; prælio uincit, & populum Israel ab ipsorum iugo liberat. Nam ipsi eum tributarium sibi fecerant. Postea Moabitis bellum infert, quos & ipsos acie uictos sibi tributarios facit. Deinde in Syriam traicit, eamque Regno Israel tributariam reddit. Inde discedens in Damasco præsidia imposuit. Et sic uictor ingentem uim auri, argenti, ac æris ex hostibus cæsis, capit, eamq; oëm Templo Dei condendo dedicat.

Cum autem Thoi Rex Hemath audisset, Daudem de hostibus suis cæsis fugatisq; uictorem rediisse, atq; Regem Syriæ Adar Ezer, cuius ipse hostis erat, debellasse, aurea, argentea, ærea ua

256 In cap. 8. lib. 2. Samuel.

sa ad eum dono misit, gratulatum ei hanc tam præclaram uictoriam. Magnam enim nominis ac famæ celebritatem David his rebus gestis sibi parauit, uidelicet, quod non modo Palestinos & Moabitas uicisset, sed etiam Syriam occupasset, cæsis xviij. millibus uirorum.

PRIMO.

Deus promiserat se hostes populi sui deleturum esse, hanc promissionem temporibus Davidis tandem executus est, tum, cum populus Israel propemodum omnem spem liberationis abiecerat.

In quo id discamus, Deum mirabili modo, & prorsus extra & supra captum humanæ mentis promissiones suas solere exequi, cum contraria omnia appareant. Hoc autem eo facit, ut piorum fidem, inuocationem ac expectationem probe exercent. Deinde ut suam ipse potentiam & sapientiam, uel ut Paulinis uerbis utar, *ὁ κρείττος τῆς ἰχθῦος αὐτοῦ* ostendat, ut ex nihilo fecisse omnia, & omnia in nihilum redegisse uideatur, *Dann da hat er lust zu/das er seine macht in vnser vnmacht/seine weißheit in vnser torheit beweise/das er den Teuffel in seinen anschlegen irre/vñ die vernunfft zur nãrrin mache/* Postremo ut cumulatius ea, quæ petunt sancti, donet. Hanc doctrinam bene nobis ipsi inculcemus, ne frangamur animis, cum differri auxilium & liberationem uidemus.

SECUNDO.

Quod Spiritus sanctus tam accurate res bello gestas Davidis describit, uult ostendere, non modo Ecclesiastica, sed etiam Politica & Oeconomica, & prorsus omnia piorum summa & minima opera Deo probari, non propter ipsorum dignitatem, aut magnitudinem operum, sed propter ipsam personam, quæ cum pia sit, facit, ut etiam uilissima quæque in speciem, Deo acceptissima sint opera. Hinc est, quod Spiritus sanctus non modo Politica & Oeconomica piorum negocia, sed etiam familiaria illorum colloquia, ludos & iocos cum uxoribus & liberis suis, tam accurate describat. Sed Politici sapientes non renati, uehementer hac re offenduntur, minimeq; sapientiæ diuinæ conuenire arbitrantur, ut hæc uilia & sordida opera piorum Deus approbet, Magis conuenire ducunt, si tantum magnifica illa & heroica negocia summorum Regum, Principum. Item arduos ipsorum labores, & contentiones pro Rebus publicis susceptos approbaret, Denicq; ieiunia, uigilias & macerationes Eremitarum & Monachorum collaudaret.

Ingens consolatio hic nobis proponitur, omnia nostra opera, negocia, adde & iocos & ludos, cum in timore Dei ambulamus,
Deo

Deo placere. Perinde ut pio parenti omnia filioli opera & ludi placere solent.

TERTIO.

Tres sunt causæ, cur David Moabitis bellum intulerit, Primum, quod Deus prohibuerat, Deuterono. xxiij. Populo Israel, ne pacem cū illis facerent, neue commodis illorū inseruirent perpetuo, eo quod noluerunt populum Israel egressum ex Aegypto, ac fessum ex itinere, hospitio excipere, eiq; uictum præbere. Item quod contra eum ex Mesopotamia accersitum præmijs induxerant Balaam, ut ei malediceret, & tantam cladem illi inferret.

Altera causa erat, quod Rex Moabitarum, ut quidam putant, patrem & matrem, & quosdam cognatos Davidis, quos ipse fidei suæ commendauerat, scelerate occidisset.

Postremo, quod ipsi cum hostibus populi Israel sese coniunxissent. Harum quælibet iustissima erat causa debellandi Moabitas.

Illustre autem exemplum hic nobis proponitur, Deum hostes Ecclesiæ suæ quamuis diu floruerint, tandem ad supplicium rapere, & tarditatem pœnæ, grauitate supplicij compensare. *Dann Gott ist ein reicher Biert / vnd kan einem wol ein Zeche borgen.* Sicut in exemplis omnium temporum conspicitur. Herodes cum diu floruisset, & immanem sæuiciam in Iudæos exercuisset, ad extremum multiplici morbo periit.

QUARTO.

Quod David non omnes Moabitas occiderit, sed tertiam partem dimiserit incolumem, admonet suo exemplo Gubernatores, ut in exequendis pœnis improborum seruent modum, & iusticiam æquitate temperent, quo minus uideantur tyrannizare, & non punire, seu priuatum odium explere, & non iustam uindictam exercere.

QUINTO.

Quod David omnia aurea, argentea, ac ærea uasa, a Thoi Rege Hemath donata, Templo condendo dedicauerit, Exemplum proponere uoluit omnibus Gubernatoribus, ut de suis facultatibus aliquid ad conseruationem ministerij Euangelici conferant. *Wann in Gott groß glück vnd gut bescheret / so sollen sie der Kirchen nicht vergessen / vnd lernen / das in Gott darumb solch groß glück vnd reichthumb bescheret hat / das sie die Kirchen vnd Schulendiener deste baß versorgen sollen /* Ac meminerint ideo se tantis opibus a Deo cumulari, ut eo sint liberaliores erga ministros Ecclesiæ. Nec tantum ad Gubernatores, sed etiam ad omnes omnium uocationum homines hoc exemplum pertinet, ut sciant, ob eam potissimum causam, tantas accessiones fortunarum sibi contingere, ut

d in

258 In cap. 8. lib. 2. Samuel.

non modo erga inopes, sed multo magis erga ministros Ecclesiæ sint benefici. Quod si benignitatem suam erga illos clauerint, sci-
ant Deum benedictionem illam corporalem eis erepturum esse,
aut certe alia pcena illos affecturum esse.

SEXTO.

David post partam uictoriam nihil prius habuit, quam ut utrumq; Regimen, Ecclesiasticum & Politicum recte constitueret, & disciplinam externam legibus & ordinationibus Politicis munitet. Hoc exemplum omnes Gubernatores imitentur, postquam latrocinia & hostes oppresserint, non se dedant uoluptatibus, ac securi conuiuia agitent, sicut fecit Alexander Magnus, capta Babylone, sed tum maxime cura Reipublicæ iuuandæ occupatos habeant animos.

Finis uictoriarum sit recta constitutio Ecclesiæ, Scholæ & Politicæ. Qui hoc propositum in bellis gerendis non habuerint, hi infeliciter pugnabunt, sicut cernere est in exemplis omnium Temporum. Sic enim inquit Textus:

FACIEBAT QVOQVE DAVID IUDICIUM ET IUSTICIAM OMNI POPULO.

Hoc est, defendebat infontes & oppressos, *Er hat den vntertrucken vnd elenden Recht geschafft/ vnd sich jr angenommen.* Hoc enim scriptura uocat, Iudicium facere, *Recht schaffen.* Et omnes fontes, sceleratos & maleficos, affecit supplicio. Item certas leges tulit, atq; honestam disciplinam constituit. Vocabulum Iusticiæ, omnia officia Politica, & omnes ordinationes ciuiles complectitur.

IOAB AUTEM FILIUS SARNIAE ERAT SUPER EXERCITUM.

Hoc est, militaria quoq; negocia ordinauit, ac certum Imperatorem seu Ducem bellorum constituit Ioab, uirum fortitudine & robore corporis præstantem. Nam id quoq; ad officium p̄i Magistratus pertinet.

PORRO IOSAPHAT FILIUS AHVD ERAT A COMMENTARIIS.

Ordinauit præterea, qui aulica negocia administrarent, fecitque Iosaphat Cancellarium.

ET SADOCH FILIUS ACHITOB, ET ACHIMBLECH FILIUS ABIATHAR ERANT SACERDOTES.

Constituit & qui Sacerdotali munere fungerentur, eosq; sumpsit de Tribu Leui, ex familia Aaronis, iuxta legem diuinam.

SARAIAS ERAT SCRIBA, id est, *γραμμαρφόλος* Cancellschreiber.

BANAIA

BANAIA, ET IOIADA, ET CRETHI, ET
PLETHI, ET FILII DAVIDIS, ERANT SA-
CERDOTES.

Crethi & Plethi, id est, Sagittarij & balistarij, una cum filijs
Davidis erant Maiores, seu dignitate caeteros praestabant, ut qui
erant Consiliarij Regis.

Vocabulum Sacerdotes, hic non significat eos, qui in Taber-
naculo Sacerdotali officio fungebantur, sed Primarios in aula,
qui intimi erant consiliorum Regis. Nam & hi olim dicti sunt
μεγιστοί, Seniores, eo quod natu grandes eligebantur Consilia-
rij Regum & Principum.

CAPVT IX.

CONSTITUTO utroque Regimine Ecclesiastico & Politico, Da-
uid diligenter inquirat, Ecquis de familia Saulis sit superstes,
ut de eo bene mereatur: cumque comperisset, Mephiboseth fili-
um Ionathæ superesse, illico eum ad se accersiuit, eumque clemen-
ter & amanter complexus est, atque omnia quæ fuerant Saulis, &
domum eius, illi donauit, praecipiens Sibæ, qui seruus Saulis fue-
rat, ut bona Mephiboseth administraret, ipsum uero Mephibo-
seth mensæ suæ adhibuit, & prorsus regaliter habuit, propter pa-
trem suum Ionathan, quem tantopere dilexerat, ut primo Regum
secundo dictum est: Promiserat enim David Ionathæ, se, ubi ille
in bello occubuisset, posteros & familiam suam respecturum;
eique benefacturum esse perpetuo. Hanc promissionem hic nunc
exequitur.

Erat autem Mephiboseth nullo regio aut Politico muneri ido-
neus, ut qui utroque pede claudicabat.

Haecenus Samuel regias illas ac heroicas uirtutes Davidis de-
scripsit, nunc etiam domesticas eius uirtutes commemorat, scili-
cet, misericordiam, clementiam, ac liberalitatem erga posteros Io-
nathæ. Estque David insignis imago pñ ac heroici Gubernato-
ris, qui in omni genere uirtutum excellere, ac prælucere suis sub-
ditis studet. Hoc est, utriusque Tabulæ Decalogi præcepta seruare
contendit, ueros cultus Dei præstat, & omnia charitatis officia ex-
ercet, *Gegen Gott ist er demütig / vnd gegen dem Nächsten freundlich
vnd wolthetig.*

Egregium autem exemplum proponit, omnibus omnium or-
dinum hominibus, ut rebus secundis, & cum ad amplas dignita-
tes euecti fuerint, amicorum egentium & calamitosorum cōma-

260 In cap. 9. lib. 2. Samuel.

xime sint memores, eorumque miseria afficiantur, atque sciant, se i-
deo a Deo ita euectos, & tot beneficijs cumulosos esse, ut eo maio-
rem benemerendi de miseris & calamitosis, præcipue uero de co-
gnatis facultatem habeant, neque imitentur impiorum morem, qui
rebus secundis efferuntur, & insolescunt, omnesque & cognatos &
alienos quasi ex alto despiciunt. *Sie thun gleich/als kenneten sie ihre
Freunde nicht mehr.* Quo quidem fastu iram Dei irritat, ut eos po-
stea ex alto dignitatis gradu deficiat, omnibusque beneficijs & do-
nis spoliat, *Surkumb / Gott will demütige vnd danckbare Herren
haben.*

In Mephiboseth illustre item & iucundum exemplum nobis
proponitur, Deum piorum parentum liberis benedicere, iuxta
promissionem suam, **EGO DOMINVS DEVS
TVVS FACIENS MISERICORDIAM IN
MILLE GENERATIONES, IIS QUI DI-
LIGVNT ME** &c. Si qui pie uixerint, & de Ecclesia aut
Republica præclare meriti fuerint, etiam cum rei familiaris suæ
iactura, hi minime de natis sint solliciti, sed sciant, Deum post obi-
tum suorum cumulate ipsis gratiam relaturum esse, eorumque li-
beros curaturum ac seruaturum esse, *Dann es werden sich Leute fin-
den/die sich ihrer Kinder werden annemen*, Sicut hic in exemplo Me-
phiboseth conspicitur, qui cum amisisset patrem suum Iona-
than, & simul cum eo omnia, Deus curauit ei Dauidem patro-
num, imo alterum parentem, qui summa beneuolentia, & pror-
sus paterno amore eum complectitur, idque propter Iona-
than uirum pientissimum, qui propter salutem Reipublicæ mor-
tem oppetierat, neque patris sui impia & perniciosa consilia ap-
probare uoluerat.

Idem exemplum Mephiboseth admonet calamitosos & mise-
ros, ut sint humiles & supplices his, qui eos iuuare queunt, *Sie
sollens nicht wöllen für ein Recht haben / das in andere Leute wol thun*
Etiam si sciant suos parentes optime de illis, qui se respiciant, me-
ritos esse.

CAPVT X.

AVdiens Dauid Regem Ammonitarum diem suum obiisse,
& filium eius Hanon Regnum occupasse, misit ad eum, qui
ipsum consolarentur, ut gratitudinem suam declararet, eo quod
pater eius temporibus Saulis ipsum exulantem, una cum su-
is hospitio exceperat. Sed Rex Hanon persuasus ab auli-
cis,

eis, contumelia legatos affecit, abrasa dimidia parte barbæ, & de-
curtatis ad deformitatem usq; uestibus. Qua quidem re grauiter
commotus est Dauid. Quod ubi rescuisset Rex Hanon, illico con-
tractis undiq; ex Syria auxiliaribus copijs, bellum Dauidi intulit.
Qui cum audiuisset, Regem Ammonitarum summa ui bel-
lum contra se moliri, duplicem exercitum conscripsit, unum du-
xit Ioab contra Syros, alterum uero frater eius Abisai, aduersus
Ammonitas. Cum autem Ammonitæ uiderent Syros a Ioab in
fugam conuersos, coeperunt & ipsi metu perculli, fugam capesse-
re. Atq; ita Ioab cæsis hostibus uictor Hierosolymam redijt.

Verum AdarEzer cogitans uindicare hanc cladem Syro-
rum, omnes Syros qui citra fluuium incolunt, mercede condu-
xit, atq; ingentes parauit copias. Quod ubi nunciatum esset Da-
uidi, uniuersum populum Israel armis instruxit, atq; eduxit in a-
ciem. Sed & tum Dauid obtinuit uictoriam, cæsis septingentis
curribus, & quadraginta millibus equitum, occiso & Sobach,
quem AdarEzer exercitui Syrorum præfecerat. Hanc tam insi-
gnem stragem, cum uiderent Reges, qui erant sub AdarEzer,
pacem fecerunt cum Dauide, eiusque se ultro subiecerunt im-
perio.

PRIMO.

Etsi Dauid iustissimam haberet causam ægre faciendi Hanon
ni Ammonitarum Regi, eo quod parentes & amicos eius trucidau-
erat, uicit tamen seipsum, & benefecit filio inimici sui, secutus Re-
gulam CHRISTI: BENEFACITE HIS, QUI
VOS ODERUNT. Sic omnes uere pij affecti sunt, ut
cum uiderint inimicos suos aliqua calamitate conflictari, illis o-
pem ferant, obliti omnium iniuriarum & offensionum. Hoc au-
tem ideo faciunt, Primum, ut imitentur exemplum Patris sui in
coelo, qui pariter bonis & malis benefacere pergit. Deinde ut
bonam ipsi conscientiam retineant. Postremo, ut carbones in-
gnis super capita inimicorum suorum congerant, hoc est, ut
inimicos beneficijs suis commoueant, & inuitent ad reditum in-
gratiam.

SECUNDO.

Textus dilerte dicit, Principes Ammonitarum persuasisse Ha-
noni Regi, ut crederet legatos Dauidis non consolandi, sed explo-
randi gratia ad se missos esse.

In quo hæc doctrina traditur, sæpe bonos Principes scelerato-
rum aulicorum & consiliariorum criminationibus, in pios ho-
mines accendi.

Quare oportet Principē uerbo Dei, & inuocatione, cōtra istas

262 In cap. 10. lib. 2. Samuel.

^{μυσθία} consiliorum probe munitum esse. Atq; hæc est causa, cur crebrae & ardentes preces Ecclesiae, pro Regibus & Principibus fieri debeant, & cur ipsi quoq; multo magis quam cæteri homines, precibus incumbant. Quia Diabolus magis insidiatur his qui gubernant, quam cæteris. Haud enim illum fugit, se Gubernatore euerso, maiorem perniciem Reipublicae inuecturum esse, quam si aliquis priuatus euersus fuerit. Recte igitur Salomon dixit: **VAE CIVITATI, CVIVS PRINCEPS EST PVER.** Vocabulum **PVERI**, non ætatis, sed inscitiae ac impietatis nomen est. Puerum itaq; uocat Principem non adolescentem, rerum imperitum, sed eum qui ignorat consilia, technas & insidias Diaboli, nec intentum in occasiones, *Der den Teuffel/ seine list vnd tücke nicht weiß*, quod Diabolus etiam per homines ingeniosissimos & sapientissimos, & peritissimos, pessima & perniciosissima consilia, Regibus & Principibus suggerere solet, quæ tamen magnam habent speciem. Sicut Absolonem dementauit Achitophel, cuius consilia, ut oracula habebantur. Fieri igitur potest, ut sæpe optima consilia dent Principibus consiliarij, & pessime tamen cadant, eo quod successu & benedictione Domini careant. Quod tum fieri solet, cum Principes non timent Deum, nec inuocant Deum, ut consilia & omnia ipsorum negocia gubernet & fortunet. Plenæ sunt historiae talium exemplorum, quæ id testantur.

TERTIO.

Tanta est acerbitas odij in impijs, maxime in hostibus ueritatis, ut piorum beneficijs non modo non placentur, sed etiam magis irritentur. Adhæc undiq; occasionem illos affligendi capient, & optima illorum dicta & facta in calumniam rapiant. Sicut hic in exemplo Hanonis Regis Moabitarum conspicitur, qui pium officium Dauidis, cum ad ipsum consolatores miserat, in contumeliam ac explorationem accipit.

Est igitur Rex Ammonitarum imago factionis Pontificiæ, quæ nullis nostris meritis aut officijs mitescit & placatur, sed quo magis bene mereri de illa studemus, hoc magis irritatur. Nos deferimus ei nostram operam, & studium in conseruanda ipsius dignitate, opibus ac redditibus, modo ne impediât cursum nostrum in propaganda doctrina Euangelij, sed tamen nihil proficimus, imo magis illius sceleratæ factionis furorem irritamus.

Idem ingenium est nostrorum hodie hominum in omnibus ordinibus, qui ingrati sunt erga pios Doctores Ecclesiae. Olim florente Regno Pontificio, scelerata illa factio Romani Pontificis, imposturis suis non solū conscientias nostras excarnificabat, sed

sed etiam fortunas nostras, sub prætextu uerbi Dei rapiebat. Denique & uxores & filias nostras uiolabat. Cum igitur beneficio piorum Doctorum, ab his omnibus malis, nostræ ætatis homines liberati sunt, hanc gratiam illis reddunt, scilicet, contemptum, odium ac persecutionem. Nam etsi non manifestam crudelitatem, more Papistarum in pios Doctores exerceant, tamen haud mitius illos tractant, quam Tyranni, dum sinunt illos partim fame, partim alijs miseris confici, & contabescere.

QUARTO.

In Ioab principe militiæ egregium exemplum nobis proponitur, quod nos admonet, ut officia & negocia uocationis nostræ fortiter faciamus, nihil solliciti de euentu. Quisque nostrum uocationis suæ cursum strenue urgeat, interim omnem euentum Deo commendet, minimeque angatur animo, quis euentus futurus sit: nec difficultate negotiorum, nec periculo deterreamur ab officio nostro, sed imitemur exemplum Ioab, qui fratrem suum Abisai trepidantem his uerbis consolabatur.

ESTO VIR FORTIS, ET PUGNEMUS PRO POPULO NOSTRO, ET CIVITATE DEI, DOMINVS AVTEM FACIET, QVOD BONVM EST IN CONSPECTV SVO.

Eiusmodi plura exempla in sacris historijs extant, ut illud Moysi educentis populum Israel ex Aegypto, per mare rubrum, per desertum. Si enim rationem humanam ducem uoluisset sequi, & prospicere futura pericula, necesse fuisset illum uocationem suam prorsus omittere.

QUINTO.

Sicut Deus Ioab contra Ammonitas pugnanti uictoriam dedit, Ita omnibus belli Ducibus, qui in timore Dei, pro Ecclesia, Politia, & Oeconomia bellum gerunt, donabit successum & uictoriam. Ad eundem modum fortunabit omnia nostra negocia Ecclesiastica, Politica & Oeconomica, cum uocationis nostræ memores, Deum ardenti pectore inuocauerimus. Hæc per Antithesim sunt illustranda.

SEXTO.

Syri restaurantes bellum contra Israelitas, collecto omni robore militum, ut populum Israel funditus deleant, sunt imago hostium Euangelij, qui omnes uires, ac technas experiuntur ac tentant, ut puriorem doctrinam Euangelij una cum Doctoribus & auditoribus eius e medio tollant, atque extinguant, eaque in re imitantur Magistrum suum Diabolum, qui non modo ui seu oppugnatione, uerum etiam assiduitate pios uincere atque euertere studet, sed nihil proficit. Tandem enim per Christum uincunt atque

264 In cap. 10. lib. 2. Samuel.

triumphat: perinde ut hic Dauid oppressis Syris, uictor domum redijt. Ut autem Dauid sine sanguine ac cæde, hac uictoria nõ potitus est, Ita nec pñ sine acerrima lucta & sudore, Diabolum tentantem & impugnantem uincere possunt. Sed de hac re sæpe alias dictum est copiosius.

SEPTIMO.

Quod quidam Reges subiecti imperio AdarEzer, commoti hac horrenda clade populi Syriaci, & mirabili successu Dauidis, in potestatem eius concesserint, ac deditionem fecerint, significat aliquos ex hostibus Euangelij sanabiles miraculis Euangelij commotos, illud amplecti, suaq; colla submittere Euangelio, iuxta illud Psalmi lxviij.

ETIAM UT IN REBELLIBVS INHABITET DOMINVS DEVS.

Allegoria
Dauid est typus Christi, populus Israel imago Ecclesie: Ammonitæ, Moabitæ, Philistini &c, significant omnes hostes Euangelij. Non intempestiua nec a loco aliena uidetur hæc esse Allegoria. Sæpe autem admonet D. Lutherus, ut interpretes scrip. uræ caueant, ne crebris Allegorijs ludant, sed ut raras easq; tempestiuas & analogas fidei faciant. Idemq; dicit, inexercitatos Theologos, sine periculo eas facere nõ posse, Origenem & sui similes magnam perniciem suis intempestiuis & immodicis Allegorijs inuexisse Ecclesie. Quia omnia fere dicta scripturæ in Allegorias transformarunt.

CAPVT XI.

ANNO deinde post, Ioab bellum gerente cum Ammonitis & urbem Rabba obsidente, Rex Dauid domi ociosus forte, per fenestram prospiciens, uidit uxorem Vriæ, Bersabeam, ex aduerso lauantem, præstanti forma mulierem, cumq; amore eius exarsisset, illico eam ad se accersit, atq; compressit. Ut autem solus ea ipse potiretur, curauit, ut Vriæ maritus eius in primam aciem, qua acerrimum erat prælium, collocaretur, & occumberet. Extincto Vria, Dauid Bersabeam ad se recepit, sibiq; eam matrimonio iunxit. Verum hac re grauiter Dominum offendit, ut infra audiemus capite xij.

Hoc Caput horrendum illum lapsum Dauidis commemorat, estq; tristissima historia, in qua uidemus summum illum uirum Dauidem, qui hactenus a tot laboribus, certaminibus, et tentationibus se inuictum præstitit, nunc senem unius uoluptatule illecebris

illecebris frangi. Horresco referens hanc historiam. Voluit autem Spiritus sanctus ideo tam accurate & copiose hanc historiam literis mandari, ut extaret insigne ac perpetuum exemplum, quod ostenderet, quam facili momento etiam summi sancti destituti Spiritus sancti praesidijs, evertantur a Diabolo, & quam turpiter & grauius ruant, & quod ne leuissimae quidem tentationi, si Deus manum suam paulisper amouerit, resistere possimus. Hinc illi gemitus & uota piorum in Psalmis, ne Dominus ab illis amoueat manus suas.

Item hic lapsus Dauidis uelut illustre exemplum est infirmitatis humanae simul & furoris Diaboli, quo exuscitemur & commoneamur, ut semper uigilemus, oremus & pugnemus contra ipsum, nec unquam de hoc studio pugnandi quicquam remittamus, atque illud Petri i. Petri v. semper in conspectu habeamus, **ADVERSARIUS VESTER DIABOLVS, TAN QVAM LEO RVGIENS CIRCVMIT, QVAE RENS QVEM DEVORET, CVI RESISTITE FORTES IN FIDE.**

Dici enim non potest quam *πενοῦς* & *πολύτεχνος* Spiritus sit Satan, in decipiendis & fascinois hominibus, ut peccent. Item, quam saeuus in eisdem excrucians ac perdendis. Hinc est quod scriptura haec praeconia leonis & serpentis Diabolo tribuat. Serpens uocatur Satan eo quod miro artificio, & miris technis utitur in impellendis hominibus ad peccandum. Nam primum ex animis nostris uerbum Dei rapit, hoc est, in dubium uocat seuerissima praeccepta Dei, quae iubent nos timere Deum, odisse, fugere, ac execrari peccatum. Item omnes grauisimas comminationes Dei contra peccatores, & horrenda exempla irae Dei aduersus peccatum, delet ex animo. Deinde supra modum nouit extenuare peccatum ad quod nos sollicitat, fingens magnam utilitatem, quam peccando consequamur, mirusque hac in re est artifex. Sicut in exemplo primae nostrae matris Euae apparet, cui Diabolus primum mandatum Dei de non attingenda arbore, in dubium uocat & deprauat, inquit: Nequaquam moriemini. Quali dicat, non recte mandatum Dei accipis, nec mentem Dei intelligis, non est quod uereamini uos morituros esse, si de prohibita arbore comederitis. Deinde addit de utilitate, quam inde percepturi sint, si de arbore prohibita comederint. Scit enim Deus, quod in quocumque die comederitis ex eo, aperientur oculi uestri, & eritis sicut dii scientes bonum & malum. Haec sunt uera argumenta, quibus mens humana expugnetur, & homo ad omnis generis flagitia impellatur. Primum enim uetus ille serpens, uer-

Diabolus cui
dicatur Serpens.



266 In cap. II. lib. 2. Samuel.

bum Dei in dubium uocat & corrumpit. Deinde cum ostendit magno emolumento nos cumulatam iri, si hoc uel illud peccatum admiserimus. Postremo cum seuerissimas comminationes, & horribilia exempla iræ Dei aduersus peccatum ex animo remouet. Hac arte haud dubie & sanctissimum uirum Dauidem tractauit, cum illum ad adulterium sollicitaret.

Leo autem uocatur, propter horribilem eius sæuitiam, quam in affligendis ac perdendis hominibus exercet. Tam acerbum enim illius est odium erga Deum, & genus humanum, ut nullo crudelitatis genere illud possit satiare. Hęc collige animo Satanicæ sæuitiæ exempla. Vide quam uarijs modis homines excruciet, quam innumeris morbis affligat.

Cæterum hæc historia non modo securis terrorem incutiat, eosq; ad timorem Dei & ardentem inuocationem exuscitet, sed etiam afflictis & consternatis peccatoribus, qui imbecillitate carnis uicti, & insidijs Diaboli euerfi, in horrenda peccata lapsi sunt, uberrimam consolationem afferat, ut sciant & discant, se summos etiam Sanctos talium lapsuum habere socios, *Das sie nicht allein seind/die so greulich vnd schrecklich gefallen seind / vnd gesündiget haben.* Incredibile est enim, quantopere pavidæ & consternatæ mentes eiusmodi exemplis confirmantur. Præclare D. Lutherus dicit: Quod se magis iuuet legere & audire, summorum Sanctorum infirmitates & lapsus, quam heroica illorum facta, & mirandum illud robur fidei, ac spiritus, eo quod admirari illa quidem liceat, sed imitari non item. Qui ad hunc modum historias sacras legerit, is demum amplissimum fructum inde percipiet. Iam textum breuiter percurramus.

Textus diserte dicit, Dauidem deambulasse in solario domus suæ, ut ostendat eum tum ocioso fuisse animo, neq; ullis tristibus uexatum esse cogitationibus, atq; studium meditandi in lege Domini, & orandi omisisse.

Hinc Satan occasionem inuadendi illum arripuit. Is enim ociosis ac securis potissimum insidiatur, eosq; oscitantes opprimit. Admonet igitur hic locus pius, ne ocio & securitati indulgeant. Si Dauid tum aspera quadam tentatione conflictatus fuisset, nunquam ita eum euertisset Satan.

Hic uides, optime lector, quam necessariae nobis sint tentationes & afflictiones. Quia non sinunt nos stertere, in uerbo, in inuocatione, ac similibus exercitijs spiritualibus. Non igitur angaris animo, nec discrucieris, si quando aliquo dolore, aut moestitia oppressus fueris, sed cogita te, nisi hoc malo exerceris, in atrox quoddam

quoddam peccatum, iam diu a Diabolo impullum fuisse, tibi que idem, quod Dauidi potuisse accidere.

VIDITQUE MULIEREM SE LAVANTEM.

Vide, quam accurate omnes circumstantias Spiritus sanctus describat, hoc eo fit, ut ostendat, quid accidere soleat homini, ubi a uerbo Dei oculos suos deflexerit, Wann er nicht feste am Wort Gottes haltet. Quod mirum in modum sibi peccatum blandiri incipiat, & quod omnes seuerissimas comminationes Dei, & penas peccati ex animo facile delere possit, Das er an keine Sünde/ Eode/Helle/noch Teuffel denken kan / so hat dann der Teuffel gewonnen spiel. Idem hic accidit Dauidi, qui postquam uerbum Dei, Non mœchaberis, ex corde amisit, illico ad conspectum alterius coniugis amore exarsit. Non igitur simpliciter uidit mulierem se lauante, sed ut CHRISTVS inquit, ad concupiscendum eam aspexit, & oculis & pectore toto hælit in ea, nec potuit tuendo satiari.

Hi sunt gradus lapsuum seu peccati. Primus est ocium & securitas, Secundus est obliuio uerbi Dei, cum illud ex corde dimittimus, Wann wir das Wort auß dem Herzen fallen lassen/ vnd nicht feste dran halten/ & cogitationes cordis nostri, & suggestiones Diaboli attendimus.

Tertius gradus est ipsa transgressio seu lapsus, cum opus ipsum a Deo prohibitum perficimus. Præclare igitur ac recte dicit Poëta: Principijs obsta. Oportet nos primas flammæ libidinis, odij, iræ, & similibus prauorum affectuum extinguere. Ita uides in hac historia, Diabolum per istos tres gradus, Dauidem de disse præcipitem. Nam primum fuit ociosus, Deinde tentationi blandienti assensus est. Postremo, uxorem Vriæ accersitam compressit.

Quæritur hoc loco, Quid causæ sit, cur Ioseph in Aegypto in ipso flore ætatis tam fortiter illecebris dominæ sollicitantis eum ad adulterium resistere potuerit, cum tamen æstus iuuenilis ad uenerem magis sit procliuus: Dauid uero quinquagenarius, & tot tantisque tentationibus exercitatus, tam facile tentatione libidinis uictus sit: Et sane iure quis miretur, ac memini D. Lutherum sæpe miratum fuisse, uirum tanto spiritu præditum, & multis asperrimis tentationibus fractum, tam leui momento euersum fuisse a Diabolo.

Ego sic existimo, saluo tamen aliorum iudicio, Dauidem natura ad libidinem magis quam Ioseph propensum fuisse. Itaque facilius illum Satan in adulterium conijcere potuit.

e ij

268 In cap. 11. lib. 2. Samuel.

bolus hac potissimum parte nos petere, atque impugnare solet, qua sumus imbecilliores, aut minus muniti, & cauti. Nouit autem ueterator ille, ad quod quisque uitium maxime procliuis sit. Si te uidet natura ad iracundiam procliuiorem, ea te inflammare semper studet: si delectari gloria, ambitione te conatur accendere: si te animaduertit natura tristitiam, tristitia te studet necare, & sic de cæteris.

Cæterum arbitror singulari consilio Dei accidisse, ut Dauid tam horribiliter ac foede lapsus sit: uoluit enim Deus in Dauide exemplum consolationis plenum miseris peccatoribus, quos ad eundem modum Satan euertit, cōstituere, ne propter peccati magnitudinem desperarent, sed exemplo Dauidis sese consolarentur: dici enim non potest, quantam consolationem afflictæ mentes ex lapsibus summorum Sanctorum percipiant. Voluit & ob hanc causam Deus labi Dauidem, ut in suo lapsu disceret, quæ remedia adhibenda sint his qui sensu peccati & conspectu iræ Dei uexantur, ut fieret egregius ac perfectus Doctor, & consolator afflictarum mentium, Sicut præclare Diuus Augustinus dicit de D. Petro Apostolo, Deus ideo siuit Petrum labi, ut in illo totum genus humanum agnosceret, se nihil sine gratia Dei præualere, & ut Ecclesiæ rectori futuro ignoscendi peccantibus quædam regula poneretur. Sic oportuit Dauidem suo illo horribili lapsu humiliari, & de sua imbecillitate admoneri. Sic omnibus summis uiris insignem aliquam labeculam Deus asperxit, qua admonerentur se in carne adhuc uiuere, & nondum esse *ὄλοκ λίρας καὶ ὄλοτε λέϊς*, ut Paulino uerbo utar.

MISIT AVTEM DAVID AD IOAB, DICENS: MITTE AD ME VRIAM.

Dauid ubi comperisset Bersabeam ex se factam esse grauidam, statim ex militia accersit Vriam, inuitans eum ad coenam, ut probe potus cum uxore sua concumberet, atque ita suspicionem adulterij a se ipse remoueret, & causam conceptionis in Vriam deriuaret. Verebatur enim Dauid, ne si Vria absente, palam fieret, uxorem eius grauidam factam esse, ipse adulterij insimularetur, eo quod illam ad se accersiuisset, id quod iam haud dubie percubuerat.

Ita enim ingenium est omnium hominum, ut postquam peccarunt, conentur peccatum suum tegere & ornare, & *καταλύειν* / *beschönen* / & causam peccati in alium transferre. Hoc malum a primis nostris parentibus in totum genus humanum propagatum est. Cum enim Adam accusaretur a Deo, quod de arbore prohibita comedisset, culpam in uxorem suam contulit, dicens: Mulier, quam

quam dedisti mihi, dedit mihi manducare. Mulier uero in iudicium uocata, culpam in Serpentem deriuauit. Et sic tacite uterque causam in ipsum Deum transtulit, Atque hæc demum purgatio peccatum duplicat, Das machet dann die sünde recht groß vnd schwer / Et accersit atroces pœnas.

ET AIT VRIAS AD DAVIDEM: ARCA DEI ET ISRAEL ET IUDA HABITANT IN TABERNACVLIS, ET DOMINVS MEVS IOAB, ET SERVI DOMINI MEI SVPER FACIEM TERRAE MANENT, ET EGO INGREDIAR DOMVM MEAM.

Certe hæc uerba Vriæ Dauidi debuissent securitatem excutere, eumque ad agnitionem peccati excitare, ut sic cogitaret, Ecce hic Vrias, qui ne minima quidem ex parte, quod ad dona spiritualia pertinet, tecum conferri potest, & tamen indignum putat, ut ipse, dum tot præstantes uiri in populo Israel, & Sacerdotes Domini una cum Arca periclitantur in militia, domi suæ securus conuiujs & uoluptatibus operam det, Sed nihilo magis his uerbis Vriæ commouetur, ac si dura silex, aut stet Marpeia cautes. Quia peccatum Dauidis adhuc cubat in foribus, hoc est, nondum sentit nec atrocitatem peccati sui, nec iræ magnitudinem: Quod tum demum fiet, ubi malleo Legis, aut calamitatibus externis cor hominis contritum fuerit. Vt recte dixerit Spiritus sanctus Hieremiæ decimoseptimo: Præuam est cor hominis, & inscrutabile, Es ist das Herz ein trozig vnd verzagtding / Quia in ipso actu peccati, cor hominis, quouis ferro & adamante durius est, omnesque quamlibet seueras comminationes Dei, negligit ac eludit, Sed post actum seu lapsum, ubi homo peccatum & iram Dei sentire incipit, præceps in desperationem uult ruere, ibi omnibus dulcissimis scripturæ sententijs, non satis potest erigi & confirmari. Hæc iam exemplis illustranda sunt.

FACTVM EST AVTEM MANE, ET SCRIPSIT DAVID EPISTOLAM AD IOAB.

Addit sceleri scelus. Sic solet Satan hominem, quem semel inuasit, eique uerbum Dei ex corde rapuit, de peccato in peccatum rapere & agere præcipitem, donec ipsum in ipsa tartara demergat, nisi Dominus ei opem tulerit.

Causa cur Dauid has literas scripserit, hæc fuit, ut ipsi liceret, mortuo Vria, Bersabeam ducere. Perinde est autem ac si ipsum

270 In cap. iii. lib. 2. Samuel.

manu sua trucidasset, atque ita adulterium homicidio cumulas.
Das heisse ja/meine ich/grewlich vnd gröblich gnug gesündiget.

Verum tam horribiliter labi & ruere, necesse est pios, ubi Deus manum suam ab eis amouerit, & ubi ipsi paululum de acri studio meditandi, orandi & pugnandi remiserint. Non igitur temere est, quod scriptura tam diligenter pios hortetur, ad uigilantiam & prudentiam, ut illud Petri: Sobrii estote & uigilate, quia aduersarius uester Diabolus &c. Item Christus Matthæi decimo: Estote prudentes sicut Serpentes &c. Huc & similia dicta pertinent, quæ iubent nos circumspectos semper experrectos, & in omnes occasiones intentos esse, ne nos oscitantes, inopinantes, & imparatos opprimat Satan.

IGITUR CVM IOAB OBSIDERET VRBEM, POSUIT VRIAM IN LOCO, VBI SCIEBAT, VIROS ESSE FORTISSIMOS.

Cum ex Textu clare appareat, Ioab causam, cur Rex Dauid mandauerit, Vriam in primam aciem collocari, ut morte occumberet, nesciuisse, extra culpam est, nec potuit se societate huius homicidij contaminare.

Discant autem ex hac historia hi, qui Politicis muneribus funguntur, præcipue illi, qui iudiciorum sunt Præsides, ut sint cauti & circumspecti, in exequendis Principum mandatis, de puniendis, & occidendis maleficis, seu fontibus. Vbi Iudex cognouerit, innocentem esse eum, quem iussu Principis securi percutere debet, quiduis periculi potius subeat, quam hoc Principis mandatum exequatur, quo minus iniustæ cædis participem se faciat, & sibi perpetuam conscientia carnificinam pareat. Atque imitetur beneuolum Quæstorem, quem cum mater Valentis Iustina, adprehendum Sanctum Ambrosium mitteret, noluit huic mandato obtemperare, sed balteum, hoc est, insigne Quæstoris ante pedes Iustinae proiecit, dicens se malle honoris quamlibet ampli iacturam facere, quam se impietatis scelere polluere.

ET DIXIT DAVID AD NVNCIUM:

Mirum non fuisset, si Dauid hoc tam horrendo nuncio examinatus uelut fulmine ictus concidisset, sed mens immota manet. Quia peccatum adhuc cubat in foribus. Iterum iterumque hic monendus est Lector, ne ocioso animo hanc historiam legat, sed

sed diligenter & probe consideret. Hinc enim discet, quantus sit stupor, imo lethargus securitatis in homine etiam pio, cum nulla prorsus tentatione uexatur, priusquam cor eius terribili uoce Legis excitatum fuerit, ac peccatum euigilauerit. Ibi tum cor eius, quod antea plane ferreum & adamantinum erat, quouis oleo uideatur esse mollius.

Discamus igitur ex isto exemplo Dauidis, quam necessaria doctrina Legis sit, non modo prophanis, seu non renatis, uerum etiam pijs & humiliatis, cum res sunt tranquillæ ac lætæ. Tum enim oportet illos decem præcepta Dei ordine recitare, easque probe sibi inculcare, & omnia horribilia exempla iræ Dei in conspectum ponere, atque tristissimos illos lapsus sanctissimorum hominum animo colligere. Præcipue uero hunc lapsum Dauidis. Si enim tantus uir, tanto spiritu, tantisque donis præditus ita ruere potuit, quid de nobis fiet, qui longe illo infirmiores sumus, quoad dona spiritualia pertinet?

Admoneat nos etiam idem lapsus Dauidis de calliditate & insidijs Diaboli, qui tam leui momento summos etiam homines, summis donis præditos, in tam tetra flagitia impellere potest, ubi Deus paulisper manum ab illis remouerit. Meminerimus igitur, ut semper in timore Dei ambulemus, & ut Paulus inquit: Cum timore ac tremore salutem nostram operemur, *Dann der Teuffel schlefft noch feiret nicht.*

AUDDIVIT AUTEM VXOR VRIAE, QVOD MORTVVS ESSET VRIAS VIR SVVS, ET PLANXIT EVM.

Quod Bathsaba mortuum maritum suum luxerit, pie ac recte fecit, Sed quod se a Rege uiolari passa sit, peccauit. Itaque & ipsa postea huius peccati poenas dedit, cum prolem ex Dauidе conceptam amitteret. Iustus enim Dominus est, & rectum iudicium eius, Et mandauit testimonia sua et ueritatem suam seuerè, Psalmo. cxix. Nullus igitur adulter aut fornicator impune potest euadere, Aut enim in hac uita, aut in igne æterno, poenas peccati illum dare tandem oportebit.

TRANSACTO QVE LVCTV, MISIT DAVID, ET INTRODUXIT EAM IN DOMVM SVAM, ET FACTA EST EI VXOR.

Non tradit eam alteri cuidam ex aulicis in matrimonium, sed ipse ducit eam uxorem, præter Regum ac Principum consuetudinem. Quare hoc unum factum eius in hac tota historia laudatur.



272 In cap. II. lib. 2. Samuel.

dum & imitandum est. Addit autem in fine huius Capitis Samuel.

ET DISPLICUIT FACTVM HOC, QVOD FECERAT DAVID CORAM DOMINO.

Vt intelligamus Deum, hoc scelus non latuisse, eumque horribiliter offendisse. Quod non statim Dauidem puniuerit, hoc eo fecit, ut uideret, an ipse sua sponte, hæc duo atrocia scelera uellet agnoscere, ac pœnitere. Ideo distulit plus quam semestre, ad illum mittere Prophetam Nathan.

In quo id discamus, Deum non illico in peccatores sua fulmina mittere, eosq; ad supplicia rapere, sed differre pœnas, ut eis spacium concedat ad pœnitentiam, ut scilicet eo grauius, si in impœnitentia perseuerauerint, illos puniat.

CAPVT XII.

MITTITVR a Domino Propheta Nathan ad Dauidem, ut eum de adulterio simul & homicidio obiurget, eique pœnas peccati denunciaret. Qua quidem obiurgatione Dauid commotus & contritus illico pœnituit, exclamans, Peccaui Domino, Ideoque remissionem peccatorum consecutus est. Postquam uero Dauid mortem filij, quem ex Bathsaba susceperat, eluxisset, consolatus est eam, quæ peperit ei alterum filium, cui pater nomen Salomonis indidit, eumq; Prophetæ Nathan in disciplinam tradidit. Nec intermisit uocationis suæ officia. Nam urbem Ammonitarum Rabba expugnauit, ac cepit, hostesq; supplicio affecit. Sed accedo ad Textum.

MISIT ERGO DOMINVS NATHAN AD DAVID.

Hic oritur quæstio, Num Dauid a lapsu usque ad Prophetæ Nathan aduentum semper ἀμιλλῶδες uixerit, nec ullo unquam sensu peccati, & iræ Dei uexatus sit?

Ego sic sentio, Dauidem quotidie sensu peccati & iræ Dei cruciatum fuisse, sed illum huic sensui, & conscientiæ suæ repugnasse, & nihil tamen profecisse, nec unquam potuisse adduci, ut delictum suum ex animo confiteretur Domino, sed sua quædam merita & bona opera conatum fuisse iudicio Dei opponere, & sic diu fuisse

fuisse hypocritam. Atque hoc colligi potest ex Psalmo trigesimo secundo: Quoniam dum tacui, contabuerunt ossa mea, quotidiano meo rugitu: quoniam die & nocte grauata est super me manus tua, Conuersus est humor meus in ariditatem æstiuam &c. Hæc uerba clare ostendunt, Dauidem toto hoc tempore mala conscientia, & acerrimo sensu peccati & iræ Dei uexatum fuisse, & tamen illos angores animi non potuisse sibi confessionem peccati extorquere, priusquam Nathan ueniret, qui grauissima concione sua ad confessionem ac pœnitentiã illum adegit. Hæc est mea hoc loco sententia. Nam illa lucta cum sensu peccati, & iræ Dei, & mala conscientia, exhaurit omnes uires & animi & corporis, & prorsus occidit hominem, nisi ex animo delictum suum confiteatur coram Domino, & audiat dulcissimam uocem Euangelij: Dominus abstulit peccatum tuum. Item: Confide fili, dimissa sunt tibi peccata tua.

Quod autem de hac arcana, & paucissimis nota tentatione diximus, idem etiam de alijs tentationibus seu angoribus animi dicendum est. Quod hæc sit natura omnis tentationis, seu sollicitudinis, ut hominem conficiat, & cor eius uelut uermiculus corrodat, si eam tacitus secum fouere pergat.

Quare nemo debet suam tentationem, seu hoc quicquid est mali, quo angitur & cruciatur, cælare ac reticere, sed pio cuidam ac perito uiro eam aperire, & in sinum eius, ut dicitur, effundere, ut ab eo consilium simul & consolationem accipiat. Deus enim tum adest suo spiritu, iuxta illud, Vbi duo aut tres congregati fuerint in nomine meo, in medio eorum sum. Is consultori os & sapientiam dabit, ut ægrotum fratris animum scite ac commode tractare et confirmare possit. Gott wirt im schöne tröstliche gedanken ins Herz geben/damit er den betrübten Bruder könne auffrichten. Sic legimus Sanctos Patriarchas in tentationibus atque ærumnis alterum ab altero consilium & solatium petiuisse. Quoties Iacob adijt ac inuisit patrem senem Isaac? Non enim animi tantum gratia hoc eum fecisse arbitremur, sed ut in suis tentationibus ac ærumnis consolationem ab eo acciperet, & cum eo de dulcissima promissione, SEMEN MULIERIS CONTRET CAPVT SERPENTIS, conferret. Nec dubium est, afflictissimum Patriarcham Loth, statim post illum horrendum lapsum audiuisse Abrahamum, eique dolorem suum aperuisse, ut ab eo consolaretur, & credo, nisi Abraham firmam ei consolationem adhibuisset, Lothum dolore animi extinctum fuisse.

274 In cap. 12. lib. 2. Samuel.

Sic uxor Isaac Rebecca, cum duo paruuli in utero eius colliderentur, consuluisse scribitur Dominum, hoc est, Sanctum Patriarcham Sem, per quem Dominus loquebatur Genesis uigesimo quinto, & statim postquam illum consulisset, animo tranquillo fuisse. Sic credo multos afflictos ac tentatos contabescere angoribus animi, quod non audent suam tentationem, seu dolorem fratri aperire.

Docet autem nos hoc exemplum Dauidis, doctrinam Legis publice in Ecclesijs prædicandam & priuatim singulis hominibus diligenter inculcandam esse, eo quod nemo, quamuis magnos progressus in pietate fecisse uideatur, satis peccatum suum agnoscere, & humiliari queat, nisi uocem Legis per os hominis sonantem audiuerit. Etsi enim Lex Dei omnium hominum cordibus in conditione scripta sit, tamen non potest hominem ad cognitionem peccati & iræ Dei perducere, nisi sit, qui doctrinam Legis ei inculcet & acuat. Ex quo satis apparet, maiorem esse uerbi efficaciam sonantis per os fratris, quam cum priuatim illud meditemur, siue sit Lex, siue Euangelium.

DVO VIRI ERANT IN CIVITATE VNA.

Quod Propheta Nathan non simpliciter & apertis uerbis Dauidem adulteri & homicidij accuset, dicens: Dominus tibi iratus & alienatus est, eo quod conjugem Viræ rapuisti, eumque occidisti, Sed figurata oratione utatur, proponens similitudinem de diuite, qui unicum ouiculum pauperis rapuit, eamque maceratam in conuiuio hospiti suo apposuit, Causa hæc est, ut eo magis atrocitatem peccati exaggeret, & Dauidem suo ipsius testimonio et iudicio reum mortis agat, atque ita magis terreatur & conteratur secura mens Dauidis, & ut semetipsum iudicare & damnare cogatur, id quod in conuersione seu pœnitentia fieri necesse est, uidelicet, ut homo seipsum accuset, reumque mortis pronunciet, testificante conscientia sua, & ex animo confiteatur, se peccasse, atque reum esse mortis æternæ. Is demum doctrina Euangelij erigi & sanari poterit. Quia scriptum est Psalmo centesimo quadragesimo sexto: Qui sanat contritos corde, & alligat contritiones eorum. Item: Pauperibus prædicatur Euangelium. Atque hic est uerus usus Legis, ut securum cor hominis ita terreat & frangat, & ad agnitionem atque amorem Christi præparet, & sit Pædagogus ad Christum, Galat. iij. Non igitur audiendi sunt Antinomi, qui doctrinam Legis de Ecclesijs eiciendam contendunt, cum tot illustria testimonia & exempla scripturæ ostendunt, sine cognitione

gnitione peccati, & contritione hominem uere pœnitere & conuertiri non posse, & contritionem in homine sine prædicatione Legis non existeret.

IRATVS AVTEM, INDIGNATIONE, DAVID, ADVERSVS HOMINEM ISTVM NIMIS, DIXIT AD NATHAN, VIVIT DOMINVS, QVONIAM FILIVS MORTIS EST VIR, QVI FECIT HOC, OVEM REDDAT QVADRVPLO &c.

Hic iam sententiam David fert contra semetipsum: Hanc enim Nathan proposita similitudine, ex ipso extorquere uolebat. Atque hoc est artificium Spiritus sancti, ut peccatores suo ipsorum testimonijs conuincat, eosque uerbis suis irretitos teneat, Vt Ioannis nono, cum Pharisei irritati doctrina CHRISTI, dicerent ad eum: Nunquid & nos cæci sumus. Respondit ipse: Si cæci essetis, peccatum non haberetis, nunc uero dicitis, quia uidemus, peccatum uestrum manet. Hoc uulgo dici solet, Sui ipsi gladio iugulat. Idem artificium CHRISTVS donauit credentibus in eum, ut eo contra Diabolum & organa eius urantur.

DIXIT AVTEM NATHAN AD DAVID, TV ES ILLE VIR.

Credo Dauidem, his uerbis Nathan, uelut fulmine ictum, prope modum exanimatum fuisse. Nam ad hoc dictum illico peccatum euigilauit, atque ipse atrocitatem peccati simul & magnitudinem iræ Dei, sentire cœpit. Similes autem pauores ac terrores experiri omnes necesse est, cum ueram pœnitentiam agere incipiunt, atque illis terroribus hominem extinguere oporteret, nisi dulcissima illa uox Euangelij accederet: Confide fili, dimissa sunt tibi peccata tua.

HAEC DICIT DOMINVS DEVS ISRAEL, EGO VNXI TE IN REGEM SVPER ISRAEL, ET EGO ERVI TE DE MANV SAVLIS.

Hic primum incipit concionari Dauidi de beneficijs Dei, quibus ipsum Deus affecit, ac de horribili ira Dei, ac pœnis peccati, quæ ipsum manebunt: Atque hæc est proprie uox Legis. Hunc morem docendi publice & priuatim in Ecclesijs seruare debent omnes Doctores & ministri uerbi, ut & commemoratione beneficiorum Dei, & mentione pœnarum et calamitatum futurarum, homines ad pœnitentiam adhortentur. Vbi illos hac concione

276 In cap. 12. lib. 2. Samuel.

fregerint, tum demum doctrinam Euangelij illis proponāt. Nec uero solum concionatores, sed omnes etiam in genere hanc Regulam seruent, ut quotidie cum ad precandum accesserint, omnium beneficiorum Dei memoriam renouent, atq; seuerissimas comminationes Dei, contra impoenitentes peccatores animo colligant, sibiq; ipsis probe inculcent.

Observanda est autem hæc particula, **QVARE ERGO CONTEMPSISTI VERBUM DOMINI, VT FACERES MALVM IN CONSPECTV MEO?**

Docet enim his uerbis Nathan, quæ sit causa efficiens peccati & lapsus, uidelicet contemptus ac neglectio uerbi Dei. Nam Diabolus in omnes occasiones intentus, ubi uiderit nos uerbum Dei contemnere ac negligere, nec serio illud audire, meditari, ac discere, illico ex corde nostro illud rapit, & nos in omne genus flagitiorum impellit. Non igitur satis est, ut quis audiat & legat uerbum Dei, sed oportet serio & ardenti studio illud amplecti, ac sedulo meditari, atque in uitam & mores transferre.

VRIAM HETHAEVM PERCVSSISTI GLADIO.

Vide quanta cura piorum Deus afficiatur, ut etiam mortuos illos ulciscatur, **PRECIOSA ENIM IN CONSPECTV DOMINI MORS SANCTORVM EIVS,** Psalmo cxvi.

QVAMOBREM NON RECEDET GLADIVS DE DOMO TVA, VSQVE IN SEMPTERNVM.

Hic prædicit & denunciatur Dauidi suas poenas & calamitates, quæ lapsum suum comitentur. Et fuerunt sane horrendæ & tragicæ calamitates. Nam primum filius Ammon sororem Absolonis constuprauit. Deinde Absolon sororem uiciatam ulciscens, fratrem occidit. Postea Absolon seditione mota, patrem Regno expulit, eamq; ob causam diuinitus punitus est. Nam Ioab pendentem illum coma de quercu tribus lanceis transfixit. Postremo coniuges Dauidis palam ad stuprum raptæ sunt, sicut infra audiemus.

Discamus autem ex hac historia, Deū horribiliter punire peccata, etiam in Sanctis. Itaq; hoc exemplo Dauidis securi peccatores terrendi sunt, ut conuertantur, ac ueram poenitentiam agant. Si enim Deus dilectis suis filijs delinquentibus non parcat, quam graues & atroces poenas de impijs tandem sumpturus est? Iuxta illud i. Petri iij. Quoniam tempus, ut iudicium fiat a domo Dei, si autem primum a nobis, quis finis eorum, qui non credunt Dei Euangelio?

Annotationes. 277

Euangelio: Item Hier. xxv. Ecce in ciuitate, in qua inuocatum est nomen meum, affligere incipio, et uos quasi innocentes est immunnes eritis: non eritis immunes.

Porro diligenter & hæc uerba Nathan considerata sunt, Eo quod despexeris me &c. Ostendit enim Dauidem tum, cum de creuisset adulterium committere, primum præceptum Decalogi prorsus deleuisse ex animo. Violato enim primo præcepto, necesse est, hominem postea in omnia scelera, contra totum Decalogum, ferri præcipitem.

ET DIXIT DAVID AD NATHAN, PECCAVI DOMINO.

Nihil dubium est, Dauidem hac seuerissima concione Nathan uehementer consternatum fuisse, non aliter ac si fulmine de cælo tangeretur. Itaque in hæc uerba prorupit, Peccavi Domino, Sunt autem ualde Emphatica uerba, atque ex imo pectore profecta. Diserte autem dicit: Peccavi Domino, ut ostendat se horribiliter Deum suo adulterio & homicidio offendisse, sequitur grauer dolere & angere animo propter hunc lapsum. Item ut doceat, omnem uim & iniuriam, quæ proximo fit, Deo ipsi fieri. Quia præceptum de dilectione proximi, est simile primo, de dilectione Dei. Deinde his uerbis, uidetur Diabolum exaggerantem sua peccata, confutare ac repellere. Quasi dicat, si quid peccavi, Satan, non tibi peccavi, sed Domino, qui etsi grauer peccatis hominum offendatur, tamen idem est placabilis, & immensæ bonitatis ac misericordiæ, erga omnes peccatores poenitentes: Ita, ut nullum peccatum tam atrox dici aut fingi possit, quod ipse non remittat confugientibus ad misericordiã eius, iuxta illud: Gratia exuberat supra peccatum. Tanta autem fuit consternatio & pauor Dauidis, ut uix hæc duo uerba proferre potuerit, sed nõ sine inenarrabili gemitu.

DIXITQUE NATHAN AD DAVID: DOMINVS QVOQVE TRANSTVLIT PECCATVM TVVM, NON MORIERIS.

Hæc est dulcissima uox Euangelij, qua Dauid ex morte in uitam reuocatus est, adeoque confirmatus, ut omnes calamitates futuras æquissimo animo tolerare paratus sit. Sic enim haud dubie cogitauit: si modo Deum propitiũ habuero, omnes quamlibet horrendæ afflictiones mihi sint tolerabiles ac iucundæ, Ach ich will alles unglück vnd creuz/so mir mein Gott wirt zuschicken/herzlich gern leiden/weil mich nu Gott wider hat zu gnaden angenommen/vnd mir meine sünde vergeben/Gottes hulde vnd gnade sol mir alle widerwertigkeit vnd creuze lindern vnd sanffe machen. Gratia & beneuolentia Dei omnes meas afflictiones atque ærumnas mitigabit. Iuxta illud Psal. lxxij.

278 In cap. 12. lib. 2. Samuel.

Si modo te habeam, Domine Deus, nihil nec cœlum nec terram curabo, etiamsi corpus et anima mihi contabuerit, tamen tu Deus solatium cordis mei, & pars mea. Verum hanc consolationē non sine acerrimo certamine retinere potuit. Quia Diabolus sæpissimè hanc sibi extorquere conatus est, ut in Psalmis eius apparet.

Discamus igitur ex hoc loco, Deum pœnas peccati corporales omniaq; mala, quæ pijs acciderint, in paternam castigationē atq; exercitia fidei, & mortem æternam in somnum placidissimum commutare. Postquam enim homo uere pœnitentiam egit, & cōuersus est, omnes calamitates externas, non signa iræ, sed beneuolentiæ Dei erga se esse: ducat atq; sciat, Deum pœnas corporales sibi mitigaturum esse. Christus enim intolerabile illud onus Legis, peccati & mortis de ipso abstulit, suumq; illud iugum suaue & onus leue ei imposuit. Er hat einen freundlichen wechsel mit jm gemacht / daß er hat das ewige vntregliche Joch der Sünden vñ des Todes / von seinem Halse genommen / vnd jm sein Joch / welches sanfft vñ leicht ist / auffgeleget / vnd also auffgeleget / das er jm das selb wil helfen tragen. Adhæc Spiritum suum sanctum se illi daturum esse promittit, qui eum baiulantem hoc iugum & onus cōfirmet, & corroboret: Er wil jm so viel labfal vnd stercke ins Herz geben / das ers könne ertragen.

Non morieris, hoc est, Deus mortem æternam, quam meritus eras, in temporalem, imo in suauissimam quietem, & somnū tibi conuertit. Vide optime Lector, quam amplam uberemq; cōsolationem, hæc breuissima uerba Nathan, Dominus abstulit peccatum tuum, non morieris, contineant, si quis illorum pondera diligenter perpendat. Nec dubium est, quin Nathan pluribus uerbis Dauidem consolatus sit. Nam consternatus animus, & cor contritum non facile erigi & sanari potest. Es kostet viel mühe / vnd ist grosse kunst / ein betrübte Herz auffzurichten vnd trösten.

VERVNTAMEN QVIA BLASPHEMARE FECISTI INIMICOS DOMINI, PROPTER VERBUM HOC:

Ex his uerbis satis apparet, famam sceleris, quod Dauid cōmiserat, late percrebuisse, ut nō modo pijs illo grauius offensi sint, uerum etiam hostes populi Dei inde occasionē blasphemandi nomē Dei arripuerint. Qualia autem conuicia in Deum dixerint, nō exprimitur, haud dubie talia, quæ nostri hodie aduersarij in doctrinam nostram congerunt, cum uidēt, aliquos ex nostris lapsos, aut insigni quodam flagitio doctrinam Euāgelij deformare, Scilicet, Hi sunt illi præclari fructus doctrinæ Euangelicæ? Nam his uirulentis conuicijs nomen Dei afficitur contumelia, et Spiritus sanctus in pijs mentibus conturbatur.

Neg

Nec. n. fugit Davidē, quo consilio Dñs has corporales pœnas ipsum luere uoluerit, nimirum ut impij exemplo Davidis admoniti cogitarent, quantas, quamq; atroces pœnas Deus ab hostibus ueritatis ac impœnitentibus sumpturus sit, cum pios quos diligit pœnitentes, tam duriter premat & affligat. *Geschicht das am grünen holz/was wirt am durren werden.*

ET REVERSVS EST NATHAN IN DOMVM SVAM, PERCVSSITQVE DOMINVS PARVVLVM, QVEM PEPERERAT, VXOR VRIAE DAVID, MORBO LETHALI.

Ex hoc Textu clare apparet, filios propter delicta parentum plecti, iuxta illud Deu. xxviii. Maledictus fructus uentris tui. Loquitur autem scriptura de pœnis in hac uita: sed illæ corporales pœnæ nihil nocent animæ. Quare non dubium est, natos & posteros etiam si propter parentum delicta plectantur, in gratiam a Deo recipi & saluari, ubi ad Christū allati, & baptisati fuerint. Possunt igitur parentes suis sceleribus tantum corporales pœnas & calamitates filijs suis accersere. Atq; de his pœnis Deus concionatur, dicens: Visitans iniquitates patrum in tertiam & quartam generationem &c. Inde facile iudicari potest, paruulum illum, quem Dauid ex Bersabea susceperat, saluatum fuisse, cum per circumcisionem & preces parentum Ecclesiæ Dei fuerit insertus.

DEPRECATVS EST AVTEM DAVID DEVM PRO PARVULO.

Dauid postquam filiolum ex Bersabea natū, lethali morbo oppressum uidisset, illico decurrit ad preces, petens a Deo, ut filiū saluaret. Haud dubie enim ita rogauit Dominum, ut si uolūtas eius sit, conualescere filium, seruaret eum, Sin minus, clemēter ex hac mortali uita ipsum eriperet, sibiq; animum tranquillum daret.

Addit autē Textus, Dauidem ieiunasse, ut significet eum sobriū ardentiq; pectore Deum rogasse. Hoc exemplū Davidis imitemur, ut in periculis corporalibus, conditionē nostræ precationi addamus, scilicet, si Domino placuerit, & ut preces nostras sobriū, ardentē ac credentes dicamus, et urgeamus. Tales enim adoratores Deus requirit & exaudit. *Wer was von Gott mit beten erlangen wil/der muß im glauben vnd mit ernst beten.* Sed cum spiritualia bona a Deo petimus, non addimus conditionem. Hic enim expressam habemus in uerbo uolūtatē Dei, sed quid multa? Si quis precationem suam recte ac pie instituere uoluerit, & aliquid a Deo precibus impetrare, is ordinem in Oratione Dominica prescriptum a Christo, seruet, *So kan er gewiß sein/das er recht bete.* Sed hunc locum alicubi copiosius tractauimus.

280 In cap. 12. lib. 2. Samuel.

Quod autem Textus dicit, Dauidem, dū paruulus adhuc uiuere, pro eo uota fecisse Domino, eumq; in luctu ac mœrore fuisse, sed postquam mortuus esset, animum a luctu auocasse, & cibum sumpsisse, docet, pios in amissione liberorum, parētum & cognatorum, moderari debere luctum ac mœstitiam, nec more Ethnicorum, qui spem non habēt, mœrori indulgere, Sicut Paulus admonet i. Thessal. iij. quominus dolore animi conficiantur. Nam pī cum ex hac uita discedunt, non moriuntur ut impij, sed placide in Christo obdormiunt, ad pacem perueniunt, & requiescūt in cubili suo, Esaiaē lvi. Hac doctrina Dauid probe imbutus erat, Ideo ita respondit illis, qui paruulum mortuū esse nunciabant: Nunquid potero reuocare eum amplius? ego uadam magis ad eum, non reuertetur ad me.

ET CONSOLATVS EST DAVID BATHSABAM VXOREM SVAM.

Ex his uerbis clare apparet, Bersabeā, cū propter ipsius lapsum, tū amissionē Vri et filioli sui in magno luctu & mœrore fuisse, Der Teuffel wirt sie/on zweiffel/mit schweren gedanckē sehr vbel geplagt haben. Hoc intelligens Dauid, eam ad hunc modum cōsolatus est: Desine, queso, mea Bersabea, lachrymis ac mœrore te cruciare. Est sane horrendus hic noster lapsus, Diabolus ita nos decepit atq; euerit, sed haud impune id auferet, Messias nobis promissus, tandem caput eius conteret. Dñs abstulit pctm nostrę, nosq; in gratiā recepit. Quare hic lapsus non nos excruciet amplius, sed magis curam & uigilantiā nostram acuat, in cauendis posthac insidijs Diaboli, & in exercendis pīs cultibus, Nec dubium est, quin Dauid promissionem de Semine mulieris, accurate & copiose explicauerit, sibiq; ac Bersabeę diligenter inculcarit, egregiam ac locupletem concionem inde extruxerit.

QVAE GENVIT FILIVM, ET VOCAVIT NOMEN EIVS SALOMON, ET DOMINVS DILEXIT EVM.

Postquam Dauid & Bersabea probe humiliati sunt, Deus nūc illos consolatur ac letificat, data prole, iuxta illud Psal. lv. Et nō dabit in eternum fluctuationē iusto. Hic enim mos Dei est perpetuus, pios deducere ad inferos ac reducere, mortificare ac uiuificare. Verisimile est aut, utrumq; a Deo prolem petiuisse ardētibus uotis. Atq; eiusmodi demū nati euadunt probi, atq; expectationi parentum respondent, q̄s parentes petiuerunt a Dño, eiq; precibus cōmendant. Porro Dauid nomen Salomonis ideo indidit filiolo, q̄ crediderit, hunc filium a Deo propicio ac bñuolo sibi datū esse, ut pignus amoris ac bñuolentię Dei erga se, Das nu aller zorn vnd vngnads

gnade weg sey/Nam ut sæpe iam dictum est, omnia beneficia, quæ pijs a Deo donantur, sunt signa amoris & gratiæ Dei. Nec tantum beneficia, sed etiam afflictiones, iuxta illud Pauli Roma. v. Sed & gloriamur in tribulationibus. Econtra uero impij sciant, dum in peccatis perseverant, sibi omnia beneficia, quibus cumulantur in hac uita, a Deo irato contingere, aut certe in hoc donari, ut illis inuitentur ad pœnitentiam.

MISITQVE IN MANV NATHAN PROPHETAE.

Nihil dubium est, quin Dauid summa cura & studio filiũ Salomonem in uerbo Dei, uerisq; cultibus institui curauerit. Hæc curam recte ac pie instituendi liberos horribilis ille lapsus in eo acuit. Veritus est enim, ne Satan eos itidem ut se aliquando euerteret. Ita uidemus hunc lapsum Dauidi, & suis, imo & multis alijs in magnum emolumentum celsisse, iuxta illud Rom. viij. Diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum. Nisi enim lapsus esset Dauid, nunquam huc longe eruditissimum Psalmum: Miserere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam, composuisset. Sic & multis alijs pijs bene celsit, scilicet in gloriam Dei, in ipsorum & multorum salutem, eos grauius lapsos fuisse, ut in exemplo Apostolorum Petri, Pauli, & similibus conspicitur.

IGITVR PUGNABAT IOAB CONTRA RABBA.

Quod Rabba ciuitas probe munita et firma fuerit, inde colligi potest, quod integrum fere annum oppugnata sit. Fuit autem metropolis in terra Ammonitarũ, cum natura loci, tum aquis munita. Ut igitur eam expugnaret & caperet Dauid collecto toto populo Israel eam adortus est, & primo impetu cepit atq; diripuit, & amplissima inde præda potitus est, & ornatus diademate Regis Ammonitarum auro gemmisq; graui. Cæterum hostes exquisito supplicio affecit. Nam ferris & carpentis ferreis eos lacerauit.

Sicut Dauid nullum successum in expugnanda Rabba habuit, priusquam pœnitentiam ageret. Ita nemo dum in impœnitentia perseverat, & pergit cumulare peccata, ullum in negocijs uocationis suæ successum habebit.

Hic quæritur, Recte ne fecerit Dauid, qd diadema Regis Ammonitarũ capiti suo imposuerit, cum scriptum sit, Deut. vij. Neq; assumes ex eis tibi quicquam prædæ ex hostibus populi Dei capte in usum conuerti. Respondeo. Lex Dei loquitur eo loco de illis populis idolatricis, qui terram promissionis incolebant, nõ de cæteris externis. Constat aut Ammonitas extra fines terræ promissionis incoluisse. Non igitur peccauit Dauid, cum coronam Regis Ammonitarum capiti suo imponeret, & prædam captam distribueret militibus.

282 In cap. 12. lib. 2. Samuel.

Alia quæstio, Num hæc sæuitia Davidis, quod ciues Rabbeos tantis cruciatibus affecerit, sit probanda? cum hæc summa uictoris laus sit:

Parcere subiectis ac debellare superbos.

Respondeo. Non existimemus, Davidem in omnes ciues illius ciuitatis grassatum fuisse, sed tantum autores istius contumeliæ, qua nuncj Davidis affecti erant, rapuisse ad supplicium, Ut scilicet documentum ederet, ne quis postea aliorum populorum simile quoddam facinus auderet. Fuit & alia causa, cur tantam crudelitatem in Ammonitas exerceret, ut contumeliam, qua nomen Dei affecerant, uindicaret. Credibile est enim illos, ubi comperissent Davidem ita turpiter lapsum esse, atrociam conuitia & blasphemias in Deum populi Israel dixisse, *Es seind böse verzweiffelte schelck gewesen*, ac uere incarnati Diaboli. Quid multa? Nulla iniuria hostibus Dei induratis, & in populum Dei immanem sæuitiã exercentibus fieri potest. Est & alia Responsio, Videlicet, Heroicis sanctis multa licere, quæ alijs mediocribus non item licent.

CAPVT XIII.

ERat Absoloni soror egregia forma, adhuc uirgo, nomine Thamar, in hanc Amnon frater eius exarsit amore. Sed cum nullã eius potiunde occasionem inueniret, coepit amore eius cõtabescere. Quod cum intellexisset cognatus eius Ionadab, consilium ei dedit, ut morbum simulans lecto decumberet, cumq; pater uisendi causa ad eum ueniret, peteret ab illo, ut permitteret sorori suæ Thamar, sibi decumbenti cibum ministrare. Quod cum impetrasset, ingressam ad se uitiauit. Quam quidem rem adeo grauius tulit Absolon germanus frater Thamar, ut non potuerit animo cõtquietescere, donec hoc nefandum stuprum sororis, occiso Amnone, ulcisceretur. Inuitauit enim illum, dolose simulans beneuolentiam, ad conuiuium, & interim subornauit, qui eum redeuntem domum in itinere trucidarent. Hæc inopinata cædes acerbissimum luctum ac mcerorem Davidi attulit. Absolon uero facta cæde, ad Regem Gessur cõfugit, apud quem triennium moratus est. Tam diu enim non ausus est in conspectum patris prodire.

Hæc est horrêda historia, in qua duo atrociam flagitia cõmemorantur. Primũ quod Amnon primogenitus filius Davidis sorori suæ per uim stuprum intulit. Deinde quod Absolon fratrem Amnonem crudeliter occidit. Nec de nihilo est, quod Spiritus sanctus tam accurate & copiose hanc historiam literis mädari uoluerit, ut legentes

legentes eam cohorrescerent ac discerent, Deum timere, & odisse peccatum, cum uident tam atroces poenas peccati uirum sanctissimi Dauidem dedisse. Porro quantum dolorem Dauid ex utroque scelere ceperit, uerbis nemo potest exprimere: *Dann da werden die gedanken flux mit zugeschlagen sein.* Illico enim ubi & filiam constupratam, & Amnonem occisum comperisset, adulterij simul ac caedis suae memoria animum eius grauius excruciauit, & uulnus, quod iam uix cicatricem obduxerat, refricauit. Huc accesserunt ignita tela Diaboli, qui & atrocitatem peccati & magnitudinem irae Dei, supra modum exaggerauit.

Primum igitur ex hac historia discamus, Deum non differre poenas piorum, more pietissimi patris, qui mox simul atque liberi aliquid deliquerunt, castigare eos solet. Iuxta illud, Pater filium, quem diligit, castigat. Hoc autem eo facit Deus, ut impijs, securis, ac impenitentibus terrorem incutiat, suis uero dilectis filijs consolationem afferat, cum hac paterna castigatione admonentur, Deum paternum suum animum de illis non abiectum, dum eos paterno more regere ac erudire pergit. Econtra uero impijs ostendat, quam atroces poenae illos maneant, nisi resipuerint.

Teterrimus ille lapsus Amnonis multa nos admonet. Primum non posse hominem uiribus liberi arbitrij, sine ope Spiritus sancti, illecebris peccati resistere, & carnem frenare. Denique ne minimam quidem tentationem uincere, iuxta illud Christi, Sine me nihil potestis facere, sed oportere eum ad Deum confugere, eiusque opem implorare. *Dann der Teuffel/Welt vnd Fleisch/seind vns viel zu stark/vnd vberlegen/das wir auch die geringste anfechtung nicht können vberwinden auß vnsern eigen krefften.* Nostri inimici, Caro, mundus, Diabolus, longe uiribus nos superant, sicut testatur Psalmus cxlij. *Grise me de persequentibus me, quia praevalent aduersus me, uel fortiores me sunt.*

Deinde docet, Sapientes Politicos in rebus spiritualibus, non posse recta nec salutaria dare consilia, uidelicet, Quomodo tentationes carnis & Diaboli uincamus, sed nos debere pios ac peritos certaminum spiritualium uiros consulere. Sic enim debuisset Amnon facere, cum primum amore sororis suae exarsisset, nimirum adire Prophetam Nathan, uel sui similem, eique amorem suum erga Thamar aperire, quod amoris impatientia contabesceret. Ibi mox paratum sibi fuisset remedium. Nam Spiritus sanctus haud dubie, pium & salutare consilium Prophetae NATHAN, aut alteri cuidam pio consultori, suggessisset, uidelicet, ut diceret, Diabolum id agere & moliri, ut Amnonem in exitium conijciat, nisi praeuiderit. Itaque oportere eum

284 In cap. 13. lib. 2. Samuel.

ardenti pectore Deum inuocare, & postea conuenire patrem, & rogare, ut sibi uxore prospiceret. Nemo enim debet tentationem suam fouere, ac reticere, sed pio ac fido fratri seu ministro Ecclesie eam aperire, & a Deo consilium simul & auxilium petere.

Tertio ostendit, amorem incestorum tandem mutari in acerrimum odium. Nam Amnon postquam uitauerat Thamar, tanto odio illam persecutus est, ut ne intueri quidem eam potuerit.

Postremo, horribile exemplum ire Dei, contra incestos & fornicatores proponit. Vt enim Amnon propter incestam illam libidinem a fratre occisus est. Ita omnes qui nefandis se libidinibus polluerunt, tandem poenas diuinitus paratas incurrunt. *Es entlaufft Gott kein Hurer noch Ehebrecher/er muß entweder alhie gestrafft werden/oder im Hellschen feur die lust büßen.* Quia scriptum est: Fornicatores & adulteros iudicabit Deus. *Dann Gott will Keuscheit haben/und ist der vnzucht feind.* Qui igitur non poterit cælebs uiuere, ducat uxorem, modo in Domino.

Cogitur & Thamar poenas incesti luere. Quia Textus dicit: Eam in domo Absolonis moerore cõtabescere. Nam & ipsa peccauit, quod se uiolari passa sit. Debuisset enim acrius reluctari ipsam attingenti, aut tollere clamorem.

Homines prophani, cum historiam Dauidis legunt, quæ cum quauis tristissima Tragœdia possit conferri, mirantur, cur Deus in sanctissimos homines, Diabolũ ita horribiliter grassari sinat? Nam ratio humana nequaquã bonitati Dei cõuenire arbitrat, ut Deus patiat Sanctos suos tam tristibus calamitatibus opprimi.

Respondeo, Deus ideo permittit Diabolo, ut omnem suum furorem, sæuitiam & calliditatem tentet, in delendis pijs, ut ipse suã diuinam potentiam & sapientiam ostendat aduersus Diabolum, per summam piorum infirmitatem & stulticiam. Sicut in exemplo Pharaonis conspicitur, quem Deus ideo sinebat ita grauiter affligere populum Israel, ut potentiam suam in eo declararet. Sic cum decreuisset genus humanum redimere, ac liberare ex captiuitate Diaboli, ut diuinam suã uirtutem & sapientiam ostenderet, uoluit filium suum unigenitum incarnatum pro nobis uictimã fieri, atq; permittere Diabolo, ut omnes suas artes in extinguẽdo filio tentaret, *Das er daran sein höchste kunst versuchte.* Vt, cum Diabolus iam de illo extincto triumpharet, Christus ex morte gloriose relurgeret, contrito capite serpentis, hoc est, deleto peccato, abo-
lita morte, destructo inferno.

Ad hunc modum semper in Ecclesia, conatus Diaboli, per imbecilles homines et paruulos fregit. Sinit Ecclesiã suã foris oppugnari a Tyrannis: intus uero uexari & concuti heresibus, scãdalis, schismatibus,

Schismatibus, non aliter, ac si iam iam interitura esse uideatur. Et tamen in his furoribus Diaboli & Mundi mirabiliter seruat Ecclesiam & doctrinam Euangelij propagat, *ὁ θεὸς κρᾶται τῆς ἰσχύος αὐτοῦ* ostendit, contra omnes portas inferorum.

Sic cum uolebat Deus Regnum Antichristi labefactare, & in ruinam dare, excitauit Lutherum monachum obscurum, miserum & afflictum hominem, qui cum primū cepit contra Romanū Pontificē scribere, non credebatur se annū posse uiuere, Et tñ per illius infirmitatem plura & maiora effecit Deus, q̄ per oēs Doctores Ecclesie a temporibus Apostolorum, usq; ad hæc nostra tempora. Omnes em̄ ordines Pontificij Regni destruxit, oēs aduersarios suos confutauit. Sic, ut ad propositū redeat, per Dauidē Regē afflictū, & multis calamitatib. oppressum, multa fecit miracula et gloriosa opera.

CVM AVTEM AVDIVISSET REX DAVID VERBA HÆC, CONTRISTATUS EST VALDE.

Hoc loco oritur quæstio, Recte ne fecerit Dauid, quod nō coegerit Amnonem ducere uitiatam Thamar, cum tamē licuerit ei id facere, eo quod erat adoptiua filia Dauidis. Nam Lex iubet ducere uitiatam uirginem, Deut. xxij. Quod si Amnon ducere recusasset, licuisset de eo supplicium sumere. Respondeo. Haud dubie multas graues causas pater habuit, cur id non fecerit, quæ licet nō sint expresse, in textu, possumus tñ diuinare, quæ fuerint. Nam primū Thamar dissimulabat se ab Amnone stupratā esse, neq; ulli, p̄ter Absolonē, id aperuerat. Cū igit̄ nullus existeret, qui Amnonem stupri accusaret, non poterat Dauid in illum animaduertere.

Deinde Dauid uidebat Amnonem acerrimo odio erga uitiatam Thamar accensum esse, uerebatur igitur, prudens pater, ne si illum cogeret ducere, in exitium utruq; conijceret. Periculum enim erat, ne Amnon ipsam interficeret, aut alioqui perderet.

Item uidebat miserrimus pater, Amnonem satis punitum esse diuinitus, eo q̄ dolore animi contabesceret, *Vnd hat also gedacht/ was sol ich in viel straffen/ er ist gestrafft genug/ dan er wirt sich doch nu zu tode gremē/vñ vor trawrigkeit verschmachtē / propter admissum scelus.*

Obstabat præterea *ὁλοσπρία* paterna. Nam Dauid Amnonem ut primogenitum tenerrime amabat. Deniq; sperauit, tandem aliquando fore, ut Amnon duceret Thamar, *Bieleicht wirt er sich mit der zeit eins bessern bedencken/ vnd sie Ehelichen.* Sic arbitror Dauidē uarijs curis anxium fuisse, & cogitationibus multis æstuasse. Quod si hæc rationes alicui minus firmę esse uideantur, concedamus Dauidem peccasse, quod sceleratum Amnonem impunitum dimiserit. Nō enim summos illos uiros omni errore & pctō liberemus, nec extra communē humanæ infirmitatis cōditionem ponamus.

286 In cap. 13. lib. 2. Samuel.

Wir müssen sie auch lassen Menschen sein / gleich wie wir sind.

PORRO NON EST LOCUTVS ABSOLON
AD AMNON, NEC MALVM NEC BONVM.

Etsi Absolon iusto dolore & ira erga fratrem Amnonem accendi uideretur, tamen non debuit simultatem alere, & indulgere odio, sed debuisset dolorem suum alicui pio aperire, petens ab eo consilium, & mittere ad Amnonem, qui monerēt, ut sororem uitiatā duceret, *Er wolt seine Schwester wider zu Ehren machen.* Hoc quia non fecit, signum est, eum fuisse impium ac sceleratum hominem, qui tam diu simultatem aluit, & Diabolo locum concessit, ut eum postea in multo atrocius peccatum, quam Amnonem impelleret. Huius exemplum pij non imitantur, qui quamuis atrocissima iniuria affecti sint, non tamen indulgent dolori, nec meditantur uindictam, sed piorum consilio & consolatione utuntur, & ardentissimo pectore petunt a Deo, ut possint remittere his, a quibus læsi sunt, & acerrimum illud odium & cupiditatem uindictæ erigere ex animo. Nec uero hoc ita intelligendum est, q̄ non liceat illis adire magistratus, eorumq; opem implorare. Debent enim pij omnibus uti medijs a Deo ordinatis. Petere enim a Deo auxilium, neglectis causis secundis, est Deum tentare.

FACTVM EST AVTEM POST TEMPVS
BIENNII, VT TONDERENTVR OUES
ABSOLONIS.

Iamdū quæsiuit aliquam occasionem Absolon occidendi fratrem Amnonem, hanc nūc reperit. Apparet autem ex Textu, Amnonem diligenter fugisse conspectum & consuetudinem Absolonis, ne ab eo occideretur ulciscens stuprum sororis. Cum uero ab ipso, una cum cæteris filijs Regis ad conuiuium uocatus esset, omnem metum simul & suspicionem de fratre abiicit, sibiq; ipse persuasit, Absolonem omnem offensionem deposuisse. Facile igitur adduci potuit, ut ad conuiuium fratris accederet.

Est autem Absolon imago hypocritarum, qui summam beneuolentiam erga pios simulant, cum interim acerrimum, imo Satanicum odium in corde alunt. Nam cum manifeste illos occidere nequeant, subornant alios, qui occulte illos e medio tollant. Sicut Saul nolebat sua manu occidere Dauidem, sed Philistinis occidendum obiecit. Sic hoc tempore reuelati Euangelij, multos hostes ueritatis fecisse uidimus.

In Amnone autem exemplum nobis proponitur, quod ostendit, sceleratos ac incestis libidinibus pollutos, etiamsi Magistratum manus effugerint, tamen ad extremum herere in pœnis. Plenæ exemplorum sunt historiae. Quia scriptum est: *Vtq; Deus iudex*

Rex est in terra, Psal. lviij. Notum est exemplum Neronis, qui cū nefandis parricidijs simul & libidinibus sese contaminauerat, tandem diuinitus punitus est, cum sibi ipse manus uiolentas afferret. Cambyfes, qui sororem suam duxit ac interfecit, horribiles & ipse pœnas incestæ consuetudinis & parricidij ad extremum dedit. Cum enim Aegypto domum rediret, sibi equo insidenti ensis uagina elapsus est, eoq; confossus, cum excuteretur equo, periit.

CVMQVE ADHVC PERGERENT IN ITINERE, FAMA PERVENIT AD DAVID.

Hic est alter aries, quo cor Dauidis concussum fuit. Quātum uero dolorem & consternationem hæc horribilis cædes Dauidi attulerit, facile ex his uerbis colligi potest, Surrexit, scidit uestimenta sua, & cecidit super terram &c.

Cum enim audiret, ad unum oēs filios eius occisos esse, cogitauit illico Deum de promissione Regni sui, quod æternum erat futurum, sententiam propter peccatum ipsius mutasse. Sic haud dubie cogitans, iam non modo de te, & posteritate tua, sed etiam de promissione Dei actū est, Deus a facie sua te proiecit. Non potest uerbis exprimi, quantopere hæc cædes animum Dauidis consternauerit, & fidem labefactarit, *Der Teuffel wirt da nicht gefeiert habē vnd wirt Gottes zorn hefftig getrieben/vñ seine sünde groß auffgeblasen haben.* Et facilis coniectura est, Dauidem hoc dolore animi extinctum fuisse, nisi Propheta Nathan eum uerbo promissionis cōfirmasset, uidelicet, Quod istę calamitates nō sint signa irati nec abalienati, sed propicij Dei, seu castigatio paterna. In hoc loco concionator commoretur, & de efficacia uerbi uocalis aliquid dicat.

RESPONDENS AVTEM IONADAB &c.

Facile erat Ionadab diuinare, tantum Amnonem occisum esse, ut qui solus sciebat Absolonem acerrimo odio Amnonis accensum esse, propter stupratam sororem, nec cōquieturum, donec illum occidisset, non igitur prophético spiritu hoc dixit: Ne existimet dominus meus Rex, quod omnes filij Regis occisi sint, Amnon solus mortuus est. Quia Absolon, ex quo die sororem suam Thamar uitiauit, odium illud aluit, quod nunc expleuit. Quale autem erat consilium eius, quod Amnon antea dederat, de uitanda sorore, Talis nunc est eiusdem consolatio, quā adhibet moesto Dauidi. *Was solt ein solcher loser Man ein betrübt Herz trösten.*

Nihil aut dubium est, quin Diabolus tum in animo habuerit, Dauidem ipsa atrocitate rumoris occidere, cum ei nunciaret, oēs suos filios esse occisos. Ita .n. solet malum, qd accidit pñs, multo atrocius rumore ac terrore reddere, q̄ per se est. Et credibile est Diabolum tum conatum fuisse, efficere, ut omnes filij Regis mutuis

288 In cap. 13. lib. 2. Samuel.

cædibus caderent. Tanta enim hauriendi piorum sanguinis in eo est sitis, Also sehr dürstet in nach den Blutstropffen/die von vnsern Herren fallen.

Sed Deus hunc illius conatum fregit. Non enim finit Sata nam pro libidine sua in pios grassari, sed certos limites ei præscribit, ultra quos non licet ei progredi, ut in exemplo Hiobi clare cõspicitur, cum Deus prohibet Satanæ, ne uitam Hiobi eripiat. Præterea fidelis est, nec finit nos tentari supra quam ferre possimus, sed dat cum tentatione euentum, ij. Corinth x.

SEDET REX, ET OMNES SERVI BIVI
FLEVERVNT PLORATV MAGNO NI
MIS.

Hic iam incipit Dauid lachrymari ac eiulare. Quia animum parumper recepit. Nam supra audiuius, eum nullas fudisse lachrymas, sed metu obstupefactum procidisse in terram. Stupor enim, inquit Lutherus, non facit lachrymas. Cum igitur homines mœsti incipiunt lachrymas mittere, melius habent. Dolor enim lachrymis diluitur, iuxta illud Poëtæ:

Expletur lachrymis egeriturq; dolor.

Memini D. Lutherum, cum in funere clarissimi Medici, Doctoris Casparis Lindeman uxorem suam uideret largius fundere lachrymas, ad ipsam dicere: Sinite ita fluere lachrymas. Sciebat enim atq; expertus erat, mœsticiam lachrymis dilui & mitigari.

Docet autem hic locus, Sanctos maxime omniū esse *ἄλογοις*, & mortem suorum acerbissimo dolore & lachrymis lugere. Sed tamen nosse mœsticiam suam moderari, & animum tandem a luctu abducere, meditatione uerbi Dei & cogitatione fœlicitatis eorum, qui ex hac calamitosissima uita in pacem & dulcissimā quietem traducti sunt. Ideo Textus dicit:

LXIT AVTEM DAVID AMNONEM
MULTIS DIEBUS.

ABSOLON AVTEM CVM FUGISSET,
ET VENISSET IN GESSVR, AD REGEM
THALMAI, MANSIT IBI TRIENNIVM.

Erat enim Rex Gessur pater matris Absolonis. Ideo concessit ei latebras. Facile autem ex his uerbis colligi potest, Dauidem uehementer iratum fuisse Absoloni, & noluisse eum prius recipere in gratiam, nisi intellexisset eum resipuisse. Quod igitur integrum triennium conatus sit Absolonem in gratiam recipere, exemplum constituit parentibus, ne erga liberos, qui atrox quoddam scelus designarunt, futiliter iram abijciant, Sed ubi illos, ut decet parentes, puniuerint, tandem placari se sinant.

Videtur

Videtur autem Dauid hac in re imitatus esse exemplum Patriarchæ Ioseph, qui fratres suos, cum in Aegyptum uenerunt, ut emerent frumentum, prius duriter tractauit, & cõturbauit, quam illos reciperet in gratiam. Non enim id fecit, aut odio fratrum, aut cupiditate uindictæ, sed ut fratres securos ac impœnitentes ad agnitionem peccati ac pœnitentiam adigeret, Darumb war es jm zu thun. Ad hunc haud dubie modum Dauid egit cum Absolone, quem noluit illico in conspectum suum prodire, ut eum hac simulata asperitate frangeret, & ad pœnitentiam cogeret.

Porro sicut Dauid cum Absolone, & Ioseph cum fratribus suis egit, ita Deus agere cõsueuit cum Sanctis suis: Permittit aliquandiu illos morbo, egestate, aut simili quadam calamitate premi, ac simulat se eos prorsus negligere, ut ipsi non aliter possint cogitare, quam se prorsus a facie Dei proiectos esse. Sed Deus eo id facit, ut illos sicut Psalmus xi. inquit, probet, an uelint durare credendo, sperando, ac expectando auxilium Dei, Ob sic auch wöllen fest halten, Et ut ipsi cogantur eo diligentius uerbum Dei exercere, & acrius instare petendo, quærendo & pulsando. Ad hunc modum Deus egit & lusit cum Abrahamo, cum tam diu differret donare sibi promissum filium Isaac. Sic egit cum Isaac, cum Iacob, ut apparet eos plane a Deo neglectos ac reiectos esse. Sed nisi Deus hoc modo illos probasset, nunquam tantos progressus in fide fecissent. Horum exemplis nos confirmemus.

CAPVT XIII.

CUM Ioab cuperet Dauidem filio Absoloni reconciliari, mirabile artificium excogitauit. Subornauit enim ingeniosam mulierem Thecoiten, que accedens Dauidẽ, finxit se uiduam in magno luctu ac mœrore uersari, eo quod cognati filium ipsius, qui fratrem occiderat, ad supplicium deposcerent, atq; ita omnem mariti sui memoriam delere conarentur. Petiuit igitur a Rege, ut sibi calamitosæ uiduæ opem ferret. Cumque ex uerbis eius Rex intelligeret, eam ita a Ioab subornatam & instructam esse, ut pro Absolone exulante intercederet, mandata dedit Ioab, ut Absolonem ab exilio reduceret, qui cum Hierosolymam uenisset, biennium non est ausus in conspectum patris prodire, sed tandem patrocínio ac precibus suis Ioab effecit, ut pater eum accersitum benigne exciperet.

INTELLIGENS AUTEM IOAB FILIUS

290 In cap. 14. lib. 2. Samuel.

SARVIAE, REGIS ANIMVM ABALIENA-
TVM ABSOLONI.

Apparet ex hoc textu, Dauidem uehementer Absoloni fuisse iratum, quod integrum triennium ipse coactus est exulare, fuisse autem summam amicitiam inter Ioab & Absolonem: Itaque Ioab non potuisse conquiescere, donec aliquod artificium excogitaret, quo abalienatum Regis animum Absoloni reconciliaret. Misit enim Thecoiten, quæ erat uilla, unde Propheta Amos ortus erat, qui ingeniosam & facundam inde mulierem accerseret, quam ita, ut sequitur in Textu, Ioab instruxit: Vsitatum autem fuit in populo Israel, in docendo, consolando ac petendo, uti oratione figurata, seu parabolis, eo quod uehementer aures atque animos ferunt, & magnam ad permouendas mentes uim habent.

Non autem existimemus Ioab, ut uirum sceleratum, pio id fecisse animo, aut consilio, sed ut hoc pacto ab utroque et patre & filio iniret gratiam. Est igitur Ioab imago Hypocritarum, qui & ipsi interdum de alijs bene mereri student, & multa præclare faciunt, non amore iusticiæ, aut pietate adducti, sed emolumentum sui gratia.

Sed uideamus, quibus ipsa rationibus, in expugnando animo Regis utatur. Principio orationis captat beneuolentiam a sua persona, cum dicit, se ærumnosam esse uiduam. Hoc tam uenusto exordio cum Regis animum flexisset ad misericordiam, ut polliceretur, se ei opem laturum esse, pergit deinde instare, ut iureiurando Rex affirmet, se curaturum, ne qua uis superstiti eius filio afferatur. Qua re impetrata incipit tandem petere, oratione figurata, ut Rex Absolonem in gratiam recipiat. Et cur id faciat, affert causas grauissimas.

Primum enim ostendit Absolonem, & omnes qui cum eo sunt exulantes uersari in magno discrimine, non quidem corporis, sed animæ. Periculum enim esse, nisi ab exilio reuocetur, fore, ut ipse cum suis comitibus ad Idolatriam deficiat, eo quod apud Idolatricum populum exularet. Ideo inquit: Cur hoc cogitasti contra populum Dei, ut id loqueretur Rex, & ita peccaret, nec reducat eiectum suum? Diserte autem dicit, contra populum Dei, ut ostenderet multas pias mentes grauissime offensum iri, si Absolon non reuocatus cum suis Idolatra fieret. Estque ualde firmum argumentum.

Alterum argumentum sumit a misera humani generis conditione, cum dicit: Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur in terram, quæ non reuertuntur. Quasi dicat, *Wer weiß wie lang dein Son/ vnd wir alle leben möchten.* Quis scit, quandiu filius tuus Absolon

Annotationes. 291

Ion superstes tibi futurus sit, praesertim in tanto moerore? Sine obsecro, ut tua consuetudine, dum uiuat, fruatur.

Tertium argumentum est omnium firmissimum, nec uult Deus perire animam, sed retractat cogitans, ne penitus pereat, qui abiectus est. Argumentatur enim ab exemplo. Quasi dicat, Si Deus tanta misericordia & clementia peccatores poenitentes recipit, quanto magis homines decet, erga delinquentes misericordia affici, eisq; reconciliari, praesertim cum peccatum agnoscunt, ac ueniam petunt.

Studio autem orationem suam ita temperat, ut nominet filium suum, & interim Absolonem uelit intelligi. Nec fuit difficile Dauidi, hoc sentire, uidelicet, sub nomine uiduae significari Dauidem, duos filios uiduae significare Amnonem & Absolonem. Cognationem uero uiduae, significare cognatos Amnonis, qui Absolonem deposcebant ad supplicium.

FIAT VERBUM DOMINI MBI REGIS, SICVT SACRIFICIUM.

Hoc est, sententia Regis lata de filio meo superstite, ne quis illum ad supplicia rapiat, sit uelut sacrificium. Quibus uerbis ostendit, sententias pias & iustas Gubernatorum in iudicio latas, esse Deo acceptissima sacrificia.

Obseruanda est autem haec particula: Sicut enim Angelus Dei, ita est dominus meus Rex, quod & bonum & malum audire potest. Docet enim Gubernatorem seu Magistratum esse Angelum Dei, seu Vicarium Dei, qui uice & loco Dei sedet in iudicio, & causas cognoscit, controuersias diiudicat, ius dicit, innocentes defendit ac liberat, maleficos uero supplicio afficit. Das er ist ein soltche person/die an Gottes statt da sisset/ vnd hilfft zum Rechte jederman/ Hoc autem non est humanum, sed diuinum munus atque officium. Hinc est quod magistratus ciuiles, Dii uocentur in scriptura, Psalmo lxxxij. Ego dixi, dii estis. Debet autem is, qui hoc diuino munere fungitur, uir esse humanus, clemens, & patiens, Hoc est, debet aequas utriq; parti aures praebere, non atrocibus uerbis litigantes coram iudicio adoriri, cum accusatorem, tum reum benigne & attente audire, Es sol nicht ein grober vngestümer Man sein/ der die Leute mit harten worten vbel anferet.

ET RESPONDENS RBX, DIXIT AD MULIEREM: NEGARE NOLI, QVOD TE INTERROGAVERO.

Insigne exemplum clementiae paternae erga liberos poenitentes proponitur hic nobis in Dauid. Vt enim is, atroci scelere Absolonis laesus, placari tamen se sinat, ubi intellexerit Absolonem

292 In cap. 14. lib. 2. Samuel.

delicti ueniam petere. Ita omnes pii parentes liberos quamuis nefanda & atrocía flagitia admiserint, tamen ubi poenitentiam agere serio coeperint, in gratiam recipiant, atque in eo imitentur patrem coelestem. Reprehendenda est igitur illa quorundam patrum seueritas & inhumanitas, qui natos suos perpetuo carceri inclusos, propterea quod ab his grauiter læsi sunt, contabescere mœrore sinunt.

Admoneamur autem exemplo mulieris Theconitæ, ut cum Regibus & Principibus, cum summa reuerentiâ & humilitate loquamur, eisq; honorem debitum reddamus, ac meminerimus, nō hominibus, sed ipsi Deo, hunc honorem ac reuerentiā nos præstare, eo quod sunt Vicarij Dei, *Ἐκκονοί θεοῦ*.

DIXIT AUTEM REX: REVERTATVR IN DOMVM SVAM, ET FACIEM MEAM NON VIDEAT:

Certo consilio Dauid Absolonem noluit in cōspectum suum prodire integrum biennium. Primum, ne uideretur homicidium eius approbare, si illico eum ad se admisisset. Deinde, ut hoc pacto irritatos cognatorum Amnonis animos placaret. Fuit enim hæc repulsa ad tempus, quasi poena peccati. Nec dubium est, quin ea res magis Absolonem cruciauerit, quam si aliquo corporali supplicio a patre affectus fuisset. Sicut ex sequenti textu apparebit, & credibile est hanc moram non minus ipsum patrem, quam filium torlisse. Non enim *ἡ ἀπορία* illa paterna in eo extincta fuit.

ET AIT REX AD IOAB: ECCE PLACATUS FECI VERBUM TVVM, VADE ERGO, ET REVOCA PVERVM ABSOLONEM:

Hic quæritur, Peccarit ne Dauid reuocans Absolonem, & nō sumens de eo supplicium homicidæ, Cum scriptum sit Gene. ix. Quicumque fuderit humanum sanguinem in terra, fundatur sanguis illius. Responsio. Si Dauid, ut uerisimile est, de consensu & uoluntate cognatorum Amnonis id fecerit, uidetur aliquo modo excusari posse, Sed ut supra dictum est, non debemus summos illos homines, & sanctos heroicos, extra communem illam humanæ infirmitatis conditionem, seu aleam ponere, sed eos in ordinem peccatorum cogere. Quare etsi Dauid precibus filiorum suorum & totius familiæ Amnonis exoratus Absolonem reuocarit, tamen non uidetur esse sine crimine. Atq; hæc est expeditissima solutio, Dauidem hic nonnihil peccasse.

Altera solutio est, paulo subtilior, uidelicet, instinctu quodam diuino Dauidem id fecisse, cuiusmodi multa alia summi illi uiri, singulari quodam motu spiritus ac fidei fecisse perhibentur. Eiusmodi

iufmodi quæftiones abrumpendæ funt, neq; in concionibus agi
randæ.

PORRO TANTA ERAT FORMÆ PRÆ
STANTIA ET DECOR IN ABSOLONE,
VT NEMO IN ISRAEL CVM EO POS
SET CONFERRI.

Ideo tam accurate Spiritus sanctus elegantiam corporis in Ab
solone describit, ut ostendat eum hoc dono elatum, pietatis studi
um abiectum. In quo id discamus, dona diuinitus nobis donata a
gnoscentia, sed illis non superbiendum esse. Item plerumq; ita fie
ri, ut quo præclariora dona quis habet, hoc insolentior ac feroci
or fieri soleat, in omnibus ordinibus. Meminerint igitur hi, qui
præstantia donorum cæteris antecellunt, ne ex illis efferantur, sed
cogitent sibi in hoc ea diuinitus data esse, ut & ad gloriam Dei, &
utilitatem proximi illa conuertant, *Es ist wol ein köstlich/aber auch
ein fehrllich ding/so jemand mit grossen herrlichen gaben von Gott gezie
ret ist.* Magnum decus est hominis, & singulare donum Dei, excel
lere ingenio, eruditione, sapientia, forma, robore corporis, & simi
libus dotibus. Sed hæc dotes, nisi quis in timore Dei ambulauerit,
magnam & sibi & alijs perniciem allaturæ sunt: Quia Diabolus
illis potissimum insidiatur, qui donis cæteros præstant. Huius
rei exempla passim in historijs sacris, & prophanis plurima extant.
Quam raris & præclaris donis Arrius præditus erat? Sed idem
quantam perniciem Ecclesiæ Christi inuexit. Hoc inde accidit,
quod non in timore Dei ambulabat, hoc est, non intelligebat si
bi in hoc illa eximia dona a Deo tributa esse, ut ad illustrandam
Dei gloriam & salutem Ecclesiæ illis uteretur, *Er war zu sicher.*
Non erat intentus in technas, & insidias Diaboli, qui ei molieba
tur per sua ipsius dona exitium. Idem accidit Samosateno, Mar
tio, & similibus, & nostris hodie phanaticis. Politica exempla plu
rima ex historijs colligi poterunt, ut Alcibiadis, Demosthenis.

Sic in Politia & Oeconomia uidemus accidere, eos, quos De
us maioribus ac excellentioribus donis ac beneficijs cumulauit,
arrogantiores ac elatioris fieri. Hinc illi horrendi ac tetri lapsus,
ut hic seditiosus, ille turbulentus, alius homicida, alius fornicator,
hic *πλεονεκτικός*, ille raptor efficiatur; alter in hoc, alter in illud sce
lus impellatur a Diabolo.

Hinc facile responderi potest ad hanc quæstionem, Cur De
us Sanctos, quos insignibus & raris donis ornauit, tantis & tam
uarijs tentationibus exercent? Nimirum, ne ex donis suis efferan
tur. Prophetam Dauidem amplissimo dono Prophetiæ, & mul
tis alijs dotibus ornauerat Deus, sed ne illis efferretur & insolefce

ret. duriter eum affligi permisit. Sic Paulus Apostolus de se dicit, se ab angelo Satanæ colaphisatum fuisse, ne magnitudo reuelationum illum efferret. Sic memini D. Lutherum dicere, suas tentationes non permittere, ut ex donis suis efferatur. Omnino enim impossibile est, ut homo, qui præstantia donorum, omnium oculos & animos in se conuertit, non efferatur, & superbiat, nisi habeat aliquam insignem tentationem, aut malum, quod eum exerceat et humiliet. Quod iam multi Theologi ambitione accensi, tanta certamina mouent, & tam petulanter ac secure uiuunt, in promptu est causa, Quia non habent Diabolum colaphisantem. Gratulentur igitur sibi ærumnosi Theologi suam fortunam, quod tam asperis tentationibus uexantur, ac sciant, secum præclare agi, seque eo affligi, ut in humilitate retineantur.

MISIT ITAQUE ABSOLON AD IOAB.

Ex hoc Textu facilis est coniectura Absolonem hanc repulsam iniquissimo tulisse animo, non quod conspectus & consuetudinis paternæ eum tenuerit desiderium, sed quod ueritus est, ne ea res sibi ignominiam et contemptum apud Israelitas allatura esset. Verisimile est igitur, eum, ut hypocritam, acerbissimo odio erga patrem & cupiditate uindictæ flagrasse, totaque mente & cogitatione in hoc uersatum fuisse, quo nam pacto, hanc tam insignem ulcisceretur iniuriam, & patrem Regno eijceret, *Er ist ein böser vnartiger Mensch gewesen/ vnd hat nichts guts im sinn gehabt.* Cupit igitur uidere faciem patris, non amore patris, sed ut illam ignominia labe culam elueret. Ideo tantopere instat, ut Ioab precibus suis efficiat, ut recipiatur a patre. Quocirca hæc uerba, *Melius mihi erat ibi esse, seu exulare, non sunt uerba ex animo expetentis frui paternæ consuetudine, sed cupientis delere istam ignominia notam, quod propter cædem patratam non ausus sit prodire in conspectum patris.*

VOCATVSQUE EST ABSOLON, ET INTRAVIT AD REGEM, ET ADORAVIT SUPER FACIEM TERRÆ CORAM EO.

Hæc fuit mera hypocrisis, simulata humilitas, ac reuerentia erga patrem, quam Dauid, ut homo, & parens non intellexit. Magna enim uis φιλοστοργίας parentum: non facile suspicionem de liberis concipiunt, facilius conceptam eijciunt ex animo, facillime eis reconciliantur. Est igitur Absolon insignis hypocritarum imago. Econtra in Dauide expressum est ingenium uere piorum, qui ut ipsi sunt integerrimi, Ita minime alios malos esse suspicantur, facileque offensiones deponunt, & atrocissimas etiam iniurias inimicis pœnitentiam simulantibus condonant, iuxta illud, *Charitas omnia*

nia

nia credit, Intellige in his rebus, quæ ad se pertineant. In rebus autem diuinis sunt prudentes sicut serpentes, nec facile sibi patiuntur imponi, nec facile fidem habent hominibus, qui non euidentia documenta conuersionis suæ dederunt.

CAPVT XV.

Sexto anno, postquam Absolon ab exilio reuocatus, patriq; reconciliatus est, consilium cepit patrem eijciendi Regno. Primum igitur Israelitarum animos miris blanditijs sibi conciliare & abalienare patri studuit. Solebat enim studiose obseruare omnes, qui ad Regem aliquam causam deferre uolebant, eisq; blandiri, dictitans, si Regni administratio sibi commissa esset, se multo diligentiore patre in cognoscendis causis & iure dicendo fore. Hoc pacto, cum mirabilem inclinationem animorum in populo se nactum esse intelligeret, simulat se persoluendi uoti gratia Hebron abiturum esse. Petit igitur a patre, ut id pace sua liceat. Abduxit autem secum ducetos uiros Hebron, ignaros consilij sui, & rerum omnium. Quo cum uenisset, conuocauit omnes tribus Israel, & facta conspiratione, seditione contra patrem mouit. Quod ubi nunciatum esset Dauidi, illico cum sexcentis uiris, pedes ungens & tecto capite, in solitudinem aufugit, nec Sacerdotes portantes Arcam Domini comitari se passus est. Cæterum eo consilio Sacerdotes domi manere uoluit, ut sermones & consultationes Absolonis cum Achitophete exciperent, sibiq; per filios eorum indicarent. Idem consilium habuit, in dimittendo Chusai Arachita, ut in explorando Sacerdotibus Sadoch & Abiathar operam daret.

IGITUR POST HAEC FECIT SIBI ABSOLON CVRRVS.

Da bricht es heraus / was Absolon hat allezeit im sinn gehabt / Hic iam palam fit, simulatam fuisse illam humilitatem, amorem, ac reuerentiam Absolonis erga patrem, eumq; Regni paterni affectatorem fuisse, atq; adeo ea gratia tantopere institisse, ut reuocaretur, ut patrem Regno pelleret. Hic uidemus, quomodo Diabolus hominem, quem semel inuasit, uelut per gradus ex alijs in alia scelera atq; flagitia agit præcipitem. *Wen der Teuffel ein mal zu falle bracht hat / so lesset er nicht ab / sonder treibt vnd stärkt den Menschen von einer sünde in die ander.* Postquam enim Absolonem in homicidium impulerat, non quiescit, donec eundem eo impellat, ut seditione mota, patrem Regno eijciat. Cum igitur Absolon intelligeret, patrem sibi reconciliatum, nullam suspicionem Regni affecta

296 In cap. 15. lib. 2. Samuel.

ti de se concepturum esse, cœpit hoc pacto, uiam sibi ad occupandum Regnum munire, ut blandis uerbis Israelitas alloqueretur, offerens illis suam operam & studium, in ipsorum negocijs. Ideo Textus dicit: Mane confurgens, ut ostendat Absolonem *μελοζυμομενον* affectato studio id egisse, ut animos Israelitarum patri abalienaret, sibiq; reconciliaret: nec modo blanditijs, sed etiam placido gestu beneuolentiam totius populi Israel sibi parasse. *Er hat sich vber alle maß freundlich zu jm zugethan/vñ also das ganze Volk an sich gezogen.* Diserte enim dicit Textus: Faciebat hoc omni Israel uenienti ad iudicium, ut audiretur a Rege, & sollicitabat corda uiroꝝ.

Sic est ingenium Hypocritarum: mire norunt ad tempus summam beneuolentiam ac reuerentiam simulare erga eos, a quibus se iuari ac euehi posse intelligunt, Verum mox, ubi nō amplius illorum opera & studio opus habent, ad ingenium redeunt, & illos, a quibus summis beneficijs affecti sunt, student premere, atq; cōijcere in exitium. Exempla huius rei illustria habemus in omnibus ordinibus. Quam multos cognoui Lutheri discipulos, hypocritas, qui dum consuetudine eius fruebantur, seque ab illo ad dignitatem euehi posse arbitrarentur, mirum in modum se summissere gerebant, & perq; reuerenter præceptorem suum colebant, sed statim simul atq; bñficio eius euecti sunt ad aliquē dignitatis gradū, autoritatē præceptoris deformare, eūq; opprimere studuerūt.

Cum iam hac simulatione amoris ac beneuolentiæ Israelitarum animos sibi conciliasset, ut haud obscure præ se ferrent, se exoptare, ut Absolon pro patre regnaret, pergit deinde propositum & conatum suum urgere. Sequitur enim in Textu:

POST QVADRAGINTA AVTEM ANNOS DIXIT ABSOLON AD REGEM DAVID.

Hoc loco in computatione annorum variant interpretes, sed sequamur sententiā D. Lutheri, qui iubet computationem istam ordiri, a prima unctiōe Dauidis. Vnde colligitur Dauidē sexaginta ætatis suæ anno, Regno eiectum fuisse. Non autē existimandum est Absolonem, statim postquam cū patre redisset in gratiā, hanc seditionem mouisse, sed septimo seu octauo demum anno, ut Lyra colligit. Haud dubie cum suis amicis consilia contulit, quo pacto seditionē moueret contra patrem, & sane miror, patrem nō sensisse Absolonem id mōstri alere, sed obstitit *μελοζυμομενον* paterna.

ET DIXIT ABSOLON AD REGEM DAVID, VADAM, ET REDDAM VOTA MEA.

Non dubium est, quin Absolon multa & uaria animo uersarit consilia, de occupādo Regno paterno. Tandē re deliberata cū suis cōiuratoribus, hoc optimū uisum est consiliū, ut simulet se uotū fecisse

cisse in Gessur, si Dominus eum reduxisset Hierosolymam, ei in Hebron sacrificaturum esse. Huc enim omnem populum congregare decreuerat. Hoc consilium quasi palmarium se reperisse arbitratur. Et sane sapienter excogitatum est consilium, sub quo aliquam fraudem latere nec patrem nec Deum ipsum sentire existimat. Haud intelligit se, hoc ipso optimo consilio non patrem, sed se ipsum conijcere in exitium. Ita sub prætextu Religionis atrocissimum scelus designat.

Habes, optime Lector, hic iterum Hypocritarum depictum ingenium, qui simulatione pietatis ac zeli diuini horrendas blasphemias & parricidia committunt. Sicut Herodes sub prætextu Religionis, ut iuramentum seruaret, Ioannem Baptistam detrucauit. Huius rei multa exempla ex historijs possunt colligi, sed nullum est illustrius, quam illud Romani Pontificis, qui sub specioso titulo Ecclesiæ, ac prætextu diuini nominis multa millia animarum in infernum coniecit. Sed hunc locum Rhetoribus amplificandum commendo. Meum dicendi genus tenuius est, quam ut hunc locum satis pro dignitate tractet, atq; extendat.

Hæc in nostram consolationem scripta sunt, ut simus infracto animo, cum uidemus nostros inimicos sapientissima de nobis operimendis excogitasse cōsilia: Atq; illud Psalmi lvij. interim usurpemus: Foderunt ante faciem meam, foueam, & inciderunt in eā, Es wirt uober jren Kopff außgehñ. Item Psalmo cxl. Labor labiorum ipsorum operiat caput ipsorum. Et cogitemus illos, non nobis, sed sibi ipsis machinari exitium. Nam hic est mos & artificium Dei, ut optima & sapienter excogitata consilia in perniciem inimicorum suorum conuertat. Econtra uero stulta in speciem consilia piorum, in salutem ipsorum cedere efficiat. Sicut in exemplo Pharaonis conspicitur, qui hoc ipso, quo se populum Israel facile deleturum esse sperabat consilio, seipsum perdidit. Sic fratres Sancti Patriarchæ Ioseph sapientissimo suo consilio, quod de uendendo fratre excogitarant, innocenti fratri maxime profuerunt. Nisi enim Ioseph ab illis esset uenditus, nunquam ad tantum dignitatis gradum in Aegypto euectus fuisset. Plurima huius rei exempla passim ex historijs poterunt colligi, quæ ad illustrandam hanc doctrinam recitari queunt. Sic infra audiemus cap. xvij. consilia Absolonis & Achitophelis ipsis quidem fuisse perniciofa, Dauidi uero salutaria.

MISIT AVTEM ABSOLON EXPLORATORES IN VNIVERSAS TRIBVS ISRAEL.

Sententia Lyrae est hoc loco, Absolonē tibicines in oēs tribus Israel misisse, qui populū ad concionem cōuocarent, & mādātā Ab

298 In cap. 15. lib. 2. Samuel.

solonis exponerent, uidelicet ipsum cōsilium cepisse patrem Regno expellendi, neq; id temere, sed grauiſſimis de cauſis. Nec dubium eſt, quin & Oratores illis tibicinibus adhibuerit, qui more rhetorico cauſam ſplendore orationis ornarent, & animos Iſraelitarum ad arma capienda, contra Dauidem inclinarent, *Er wirt die ſach gar weißlich vnd fürſichtiglich haben fürgenommen/vnd die fürnehmſten vnd beſten im Volck Iſrael haben mit allerley liſt/tücken vnd practiken eingenomen.* Et facilis coniectura eſt, Achitophalem fuiſſe Architectum omnium & conſiliorum & technarum, atque Absoloni huius incepti autorem fuiſſe. *Es iſt leicht zudencken/das dieſe ſache von Absolone vnd Achitophel mit geſchwinden rencken vñ anſchlegen wirt gehandelt ſein/vñ zuuor alles mit fleiß ſein vnterbawet worden/werdens auch nicht in einem tage noch jar außgerichtet haben.* Quia filij huius ſeculi ſunt callidiſſimi, & multo maiore cura, diligentia & ſapientia ſolent impia ſua gerere & urgere negocia, quam filij lucis recta, pia, & ſalutaria negocia. Ad hunc modum hoſtes ueritatis omnes uias & artes tentant, indelendo Euangelio, & tamen nihil proficiunt.

PORRO CVM ABSOLONE IVERVNT DVCENTI VIRI DE HIERUSALEM VOCATI, EVNTES SIMPLICI CORDE, ET CAUSAM PENITVS IGNORANTES.

Ex hoc textu clare apparet, Absolonem cōſilium ſuum de mouenda ſeditione contra patrem, ceſſe omnes præter Achitophalem, & ſui ſimiles. Quare hi ducenti uiri qui ſimplici corde, ignari rerum omnium Absolonem comitati ſunt, non peccarunt, ſed ſunt extra culpam. Docet autem hic locus, non omnes, eo quod decepti adiuuant impia negocia, propterea ſocietate peccati contaminari, neq; hoſtium loco habendos, aut reos eſſe mortis. Quocirca hi Reges ac Principes in ſeditione Ruſticorum peccarunt, qui æque in omnes, qui in coetu ſeditioſorum reperiabantur, ſæuierūt. Quia multi partim inuiti, partim decepti, partim hoc animo, ut Ruſticos ſeditioſos a propoſito auocarent, arma ceperunt, Itidem ut in hac ſeditione Absolonis, multi pñ Iſraelitæ Absolonem comitati ſunt, partim fraude decepti, partim metu coacti, partim hoc conſilio, ut conatus Absolonis impedirent, ut Chufai Arachites.

ACCERSIUIT QVOQVE ABSOLON ACHITOPHELEM CHILONITEN CONSILIARIUM DAVIDIS.

Hic eſt ille Achitophel, cuius tanta erat prudentia & autoritas in populo Iſrael, ut ſi quis eum cōſuleret, perinde erat ac ſi Deum iplum

iplum consulisset, eius consilia ueluti oracula habebantur. Hunc postquam Absolon in suam factionem pertraxisset, persuasus erat, se nullo negotio animos Israelitarum in omnibus Tribubus sibi conciliaturum, & Regno paterno potiturum esse, *Er dachte/ es köndte jm nu nicht fehlen.* Non igitur dubium est, quin Achitophel, ubi in Hebron uenisset, omnium Israelitarum oculos in se conuerterit, cogitationem hanc illis inijciens, Absolonem grauissimis causis adductum hoc bellum contra patrem moliri.

Absolon est imago hostium Euāgelij, qui omnibus præsijs humanis munire se solent, in opprimenda Christi Ecclesia.

CVMQVE IMMOLARET VICTIMAS, FACTA EST CONIVRATIO VALIDA.

In ista cōgregatione ac coetu Israelitarum, haud dubie magnificam ac eruditam orationem Achitophel habuit, ostendens, quæ res Absolonem cōmouerit, ut hoc bellum susciperet: ac uerissimile est, cum id affinxisset, Absolonem diuinitus Regem Israel electum esse per Prophetam Nathan, et Dauidem propter adulteriū & homicidium, perinde ut olim Saulem a Deo proiectum, promissione Regni excidisse, eaq; in re fortasse usus est Sacerdotum opera, qui obtulerunt sacrificia, Alioqui non tanta coniuratio facta fuisset. Non enim dubium est, quin Dauid magnam iacturam autoritatis ac existimationis suæ fecerit, suo lapsu. Hoc scandalum Diabolus arripuit, & supra modum exaggerauit. Sic omnibus temporibus hostes Euāgelij, uitia, lapsus, & infirmitates piorum uehementer amplificant, dolentes ex animo, præclaras uirtutes, & dona insignia, quibus ornati sunt p̄ij.

VENIT IGITUR NVNCIUS AD DAVIDEM, DICENS.

Iam alia longe grauior afflictio & crux, quam fuit illa superior, cum Absolon occidisset Amnonem, excipit Dauidem. Hic iterum monendus est pius Lector, ut pedem figat, & cogitationi huius afflictionis immoretur. Non solum enim ea res Dauidem perturbauit, quod filius, quem tenerrime amabat, seditionem contra se mouerit, *Das sein Fleisch vnd Blut jm nach Leib vnd Leben stehen/* Sed multo magis animum eius cruciauit hæc tentatio, Ecce hæc est pœna peccati, Deus itidem ut Saulem, te a facie sua proiecit, *Es wirt dir gehen wie Saul/* Quia tu non minus iram Dei prouocasti, quam Saul. Hanc cogitationem Satan, ut est hac in re mirus artifex & πονηρῆς, sine dubio uehementius etiam inflammauit, & frigidam suffudit, atque ita ex cogitatione ista mortem & infernum effecit, omnes undique circumstantias colligens, *Das Dauid nicht anders wirt zu mut gewesen sein/ als were er*

300 In cap. 15. lib. 2. Samuel.

in der Hellen/ vnd stecke dem Zeuffel im rachen. Sunt enim sancti tenerrimi homines, qui simul atq; in aliquam tristem calamitatem inciderint, illico hac cogitatione exercentur: Ecce hæc est pœna peccati, quo iram Dei irritasti, Deus te abiecit, & maiora tibi minatur mala. Gott wil die alte schuld rechen/ vnd mit dir ins Gerichte gehn. Atq; ita non tam ipsa calamitas, qua premuntur, quam sensus iræ Dei illos excruciat, omnium maximos peccatores se esse putant, aliorum scelera ludus iocusq; illis esse uident, præ suis peccatis. Hac tentatione impij & prophani homines minime uexantur. Cogitant enim fortuito accidere, si quando aliqua illos oppresserit calamitas, ac se nequaquam hoc malum meritos esse ducunt.

ET AIT DAVID SERVIS SVIS, QVI ERANT CVM EO IN HIERVSALEM, SVRGITE ET FVGIAMVS.

Recte fecit Dauid fugiẽs ex Hierosolyma, in solitudinem, quo minus uideretur, si domi maneret, tentare Deum. Memor enim erat, comminationis diuinæ factæ per Nathan, malum ex domo sua oriturum esse, Darumb gibt er sich williglich drein. Sponte igitur & summa humilitate se Deo castiganti subiicit. Iuxta illud Petri i. Petri v. Humiliamini sub potenti manu Dei. Sic nimirum cogitans, Deum potentem esse, & ad humiliandum, & ad saluandum & exaltandum, nec esse manum eius abbreviatam, ac Deum facili negotio se Regno exutum, restitutum esse, Das er in wol wider könne in sein Reich sehen. Quare utrunq; sibi proposuit in fuga, Et comminationem & promissionem Dei. Sicut facere necesse est, omnes pœnitentiam agentes, ut non modo iram Dei aduersus peccatum, sed etiam dulcissimas promissiones gratiæ & reconciliationis animo subiiciant, & illas sententias scripturæ, quæ testantur, Deum nos humiliare, non ut perdat, sed ut ad pœnitentiam reuocet, in conspectu habeant.

Discamus igitur ex hoc loco, Primum, illam humiliationem & patientiam nostram in afflictionibus, cum sub potenti manu Dei nos subiicimus, esse gratissimum sacrificium Deo. Deinde nos debere in periculis imitari exemplum Dauidis, scilicet, ut fuga nobis consulamus, & præsens malum medijs a Deo ordinatis uitemus.

Hoc impij facere nequeunt. Cum enim affliguntur, fremunt aduersus Deum, putant sibi iniuriam a Deo fieri, qui tam duriter eos affligi sinat, cumq; timore & fiducia Dei uacui sint, omnem spem salutis simul cum inuocatione furenter abijciunt, nec possunt ad Deum se percutientem reuerti, aut quicquam boni ab eo sperare,

sperare, aut petere, sed ueluti Tyrannum ac seuerissimum Iudicem illum oderunt & fugitant, quærunt humana præsidia, quæ cum omnia illos defecerint, in desperationem ruunt, ut Saul, Iudas proditor, & similes.

Porro quibus cogitationibus Dauid excedens regno æstuaerit, testantur eius Psalmi, in quibus ostendit, se uehementer consternatum fuisse animo, cum abiret exulatum, quod non aliter affectus fuerit, ac si plane a Deo esset reiectus, nec unquam in Regnum posset restitui, & tamen in illa ipsa consternatione ac tentatione non despondit animum, sed recolligit animum, promissione ac spe auxiliij diuini sese sustentauit, & preces suas ad Deum ingenti motu animi intendit et urisit. Nam sancti non sunt ferreo pectore, grauius anguntur in rebus aduersis, Verum in istis angoribus mox reuocant se ad promissionem Dei, ac decurrunt ad preces, repugnant dolori & carni, *Sie stellen sich nicht so gar vngerechtigt/wie die Gottlosen rohen Leute/* Qui simulatq; inopinata eos oppresserit calamitas, nõ aliter affecti sunt, querulantur, ac mœrēt, ac si Deus in cœlo esset mortuus, & oēs promissiones Dei interissent, Sicut in exemplis conspicit. Tales affectus parit incredulitas.

DIXERVNTQVE SERVI REGIS AD EUM, OMNIA QVAECVNQVE PRAECEPERIT DOMINVS.

Maiores & præstantiores pars populi Israelitici ad Absolonem defecerat, & tantum pauci & obscuri homines, inter quos multi erant proselyti, Dauidem sequebantur. Sic semper potior pars hominum in mundo sectatur hypocriticam Ecclesiam, Tantum afflicti & spreti coram mundo, sequuntur Christum & Ecclesiam eius.

Factio Absolonis est imago hypocriticæ Ecclesiæ, seu factionis Pontificiæ. Exiguus ille coetus, qui comitatur Dauidem, significat pusillum gregem Christi. Ut Dauid cum suis fugit in solitudinē, Ita uera Ecclesia cogitur fugere hypocriticæ Ecclesiæ furorem, *Sie muß sich vor der Päpstlichen Kirchen verkriechen.* Item sicut Arca Domini erat apud Dauidem, ita cœlestis doctrina seu ministerium Verbi est in uera Ecclesia. Item sicut Sacerdotes explorant omnia consilia Absolonis, eaq; Dauidi nunciant, ita pii Doctores in uera Ecclesia omnes cogitationes Diaboli & organorum eius explorant, & aperiunt pijs mentibus, eaq; de omnibus insidijs ac technis eorum admonent, *Sie zeigen jr an/was der Teuffel im Sinn hat/vnd warnen sie für seiner list vnd tücke/vnd schalckheit/Denicz pro illis excubias agunt.*

EGRESSVS EST AVTEM REX, ET VNIVERSA DOMVS EIVS, PEDIBVS SVIS.

302 In cap. 15. lib. 2. Samuel.

Textus diferte dicit, Dauidem cum tota sua familia & sexcentis uiris Hierosolyma emigrasse. Inde facile iudicari potest, non omnes ciues Dauidi adhæsisse, sed ciuitatem in duas partes distractam fuisse, unam Absolonis, alteram Dauidis, causam approbasse, & fuisse acerrima partium studia, Sicuti ex Psalmo lv. apparet, ubi sic inquit Propheta: Quoniam uidi iniuriam & contradictionem in ciuitate: Die ac nocte hæc circundabit eam super muros eius, & iniquitas & labor in medio eius, & non defecit in plateis eius fraus & dolus. *Es wirt eitel zerspaltung vñ verräterey in der Stade Jerusalem gewesen sein, vnd wirt sich niemand zu dem König David gehalten haben, dann nur die sechshundert Männer.* Ex his uerbis Psalmi facile potest colligi tantum sexcentos illos uiros, & paucos preterea alios pios Dauidis partes tutatos fuisse. Nec dubium est, plures ciues Dauidem fuisse secutos, si per ætatem & ualitudinem licuisset.

BT RELIQUIT REX DECEM MULIERES CONCVBINAS, AD CVSTODIENDAM DOMVM.

Tantum uxores suas secum abduxit, relictis domi concubinis, quod sciebat hostes ubi Hierosolymam uenissent, non ita in eas, ut in coniuges Regis sæuituros esse.

EGRESSVSQVE EST REX, ET OMNIS ISRAEL PEDIBVS SVIS.

Omnes Israel uocat, omnes uere Israelitas, *Was rechtschaffene frome Herzen seind gewesen.* Expresse autem dicit, Pedibus suis, ut ostendat summam humiliationem Dauidis, & suorū coram Deo fuisse. Poterat enim equis & mulis uti, sed noluit, idq̄ certo consilio. Non enim ideo fecit, ut Deum hoc pacto placaret, sed ut exemplum omni posteritati proponeret, in publicis & priuatis calamitatibus, cum uisitamur & castigamur a Domino, omnem ornatū ac splendorem uestium abijciendum esse, ut illo externo signo ostendamus, nos ueram pœnitentiam agere, & dolere, nos luxu, superbia, & similibus peccatis Deum offendisse. Atq̄ hæc est una sententia huius loci. Altera, que mihi magis placet, est, q̄ Spiritus sanctus hic ostendere uoluit, quomodo affecti sunt, qui sensu peccati & iræ Dei anguntur, q̄ nesciunt, quem gestum, præ nimio dolore animi & humiliatione coram Deo, & hominibus sumant, qua uoce, & quibus uerbis, ac gemitibus, mœsticiam suam declarent, Sicut in exemplo Niniuitarum conspicitur. *Das sie nicht wissen/wie sie sich für grosser angst vnd demut/gegen Gott vnd den Menschen sollen stellen.*

Hic iam Dauid descendit ad inferos. Quia Deus non aliter legit,

gerit, ac si Dauidem a facie sua, ueluti uas iræ, proiecisset, perinde ut Saulem antea proiecerat: nulla hic significatio beneuolentiæ, aut fauoris Dei erga se, *Als were nu alle gnade auß/* Quid animi tum fuerit optimo Dauidi, & quos gemitus ac suspiria ediderit, dicendo assequi non possumus. Prorsus enim faciem suam Deus ab eo abscondit, ideo factus est conturbatus, ut inquit Psalmo xxx. Quia Deus consilium suum & salutem abscondit, cælat Dauidem suas cogitationes, *Er weiß nicht was Gott mit jm im sinn hat.*

Ad eundem modum in Epitafi & paroxysmo tentationis uidetur nobis Deus omnino absconditus. Quia nescimus, quo consilio nos castigat, *Wir können nicht anders dencken / dann er habe vnser gar vergessen /* Verum post liberationem, tum demum intelligimus, quod bona uoluntate ad salutem & uitam nos castigauerit.

**ET OMNES GETHÆI PUGNATORES
VALIDI.**

Tota historia Dauidis est typus Regni Christi. Sicut enim maior pars Israelitarum a Dauide defecerunt ad Absolonem. Ita posterior pars Iudæorum Christum persecuti sunt. Gethæi significantes, quæ in defectione Iudæorum Christum agnouerunt, & secuti sunt. Sunt & imago uere piorum, qui tempore persecutionis & afflictionis, dum hypocritæ ad fallam Ecclesiam deficiunt, Christum sequuntur, nec dubitant propter gloriam eius, omnis generis adire pericula & certamina, *Sie giengen mit dem Herrn Christo in todt hinein.* Est igitur Dauid cum suis comitibus, pusillus ille grex, uera Ecclesia, quam Deus inter tot furores Diaboli & Mundi mirabiliter protegit & seruat, sicut seruauit Dauidem cum suis comitibus.

Ethai Hethæus significat ueros fratres, qui in persecutione Christianorum eis condolent & consolantur eos, interim irridentibus *ἰδιχαρῆκακοῦσι* hypocritis.

**REX VERO TRANSGREDIEBATVR
TORRENTIEM CEDRON.**

Dauid est imago Christi. Vt enim ipse in persecutione Absolonis pertransiuit Torrentem Cedron, iter intendens ad uiam Oliuæ. Ita & Christus in tempore passionis, cum Iudæi eum uenabantur ad supplicium, eundem fluuium transgressus est, tendens in montem Oliuæ.

**VENIT AVTEM ET SADOCH SACERDOS,
ET VNIVERSI LEUITAE CVM EO.**

Noluit Dauid Sacerdotem Sadoch se comitari. Quia sciebat ipsum in maiore periculo fore, si se comitaretur, quam si domi maneret. Item quod nec Arcam foederis se comitari uoluerit, ostendit se

304 In cap. 15. lib. 2. Samuel.

non Arca, sed Dei praesentia & auxilio confidere, non quod Ar-
cam aspernaretur, sed noluit Sacerdotes & Leuitas propter se in
periculum uenire, contentus uerbo Dei.

ALLEGORIA.

Abhorret mihi ab Allegorijs animus. Facilis enim lapsus est in
illis, sed quia tempestiua & analogica fidei allegoria hoc loco fieri
potest, experiamur, an concinnam & congruentem historiae hic
asserre possimus Allegoriam.

Cœtus ille exiguus comitās Dauidē est Ecclesia Christi, quæ ha-
bet ministeriū uerbi, pios Doctores, Sacramēta, unde in oibus pe-
riculis & afflictionibus certū consiliū & solatiū petat. Eriāsi Deus
duriter premi sinat Ecclesiā suam, non tñ ei eripit uerbū & Sacra-
menta, quo thesauro saluo, salua & ipsa erit perpetuo. Econtra hy-
pocritica Ecclesia caret hoc cœlesti thesauro, non em̄ habet sanam
doctrinam uerbi, nō legitimū usum Sacramentorū, nō ueros Do-
ctores & Pastores. Ideo in summis periculis ruit in desperationē.

Arca Domini significat Christum. Vt enim Dauid in exilio co-
gitur carere Arca Domini. Ita pij interdum in tētationibus amit-
tūt Christum, sicut Beata uirgo Maria eum amisit Hierosolymæ,
Gott leste sie so hoch vnd hart versucht werden / das sie nicht anders dun-
cket / dann als haben sie Christum / Gott / sein Wort / vnd alles auß dem
Herszen verloren.

Factio Absolonis est hypocritica Ecclesia. Cœtus Dauidis est
uera Ecclesia, quæ cogitur exulare, sed tandem exaltatur, & glorifi-
catur a Deo. Est igitur doctrina huius loci, Pios in hac uita similes
esse peregrinis & exulibus, quorū nihil aliū fere propriū habent, et
conflictantur multis & uarijs calamitatibus atq; ærumnis. Adhæc
mundus uelut καὶ ὄματα & piacula eos odit. Alij etiam si opes ma-
gnas habeant, tñ non possunt ex illis eam, quam mundus solet uo-
luptatē percipere, Sie werden jrer güter nimmer recht fro / Quia ten-
tationes et afflictiones non patiuntur eos secure illis perfrui, more
impiorum: illorum πολίτευμα est in caelis, ubi Deus cumulate sar-
ciet illorū egestatem & miseriam, qua in hoc mūdo oppressi fuerūt.
Gott spart in jre lust / freude / reichthumb / vnd herrligkeit / in jhenes leben.
Itaque sic utuntur presentibus bonis, quasi cras ex hac uita migra-
turi sint, more peregrinorum ac exulum. Sinunt igitur flagitio-
sum ac impium mundum ingentes cumulare opes, delitari, in-
dulgere genio, & suauiter uiuere, Sie lassen die arge Welt einen gu-
ten mut haben / vnd sich wol aufsfrewen / Sciunt enim illi æternos cru-
ciatus in inferno paratos esse.

ET DIXIT REX AD SADOCH, REPOR-
TA ARCAM DEI IN VRBEM.

Quia

Quia Dauid non habet mandatum Dei, de Arca Dei secum in fuga efferenda, ideo remisit eam in ciuitatem, Quo quidem facto significat, se non sola Arca Domini, more hypocritarum, sed solo uerbo Dei confidere.

SI INVENERO GRATIAM IN OCVLIS DOMINI, REDVCET ME, ET OSTENDET MIHI EAM ET TABERNACVLVM EIVS.

Hæc uerba testantur Dauidem humilimo ac æquissimo animo castigationem Dei sustinuisse, Das er sich williglich vnd demütiglich in den stich gegeben habe/ Qua quidem humilitate cordis fregit & placuit iram Dei, ut eum postea Regno restituerit, Das heisse recht sich selbs verleugnen/ Hoc est proprie abnegare seipsum, & uerem hominem mortificare, seinen Isaac Gott opffern/ cum ad hunc modum Dei nos castigantis ac refingentis manum prostrati & humiliati sustinemus, confidentes eius misericordia, Wann wir Gott stille vnd aufhalten/ Hoc scriptura uocat, Sustinere Dominum, cum ita clamamus ad Deum, gementes, Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum. Agnosco me meritum esse istas & multo grauiores pœnas. Libenter igitur illas sustinebo, modo ne paternum animum a me abijcias, nec in furore tuo me corripias, Ich wil diese straffe gerne leiden/ allein das du Vatter seiest vnd bleibest.

Sic Rex Manasses coram Deo se abiecit & humiliauit, cum diceret: Ego peccauit, & peccata mea superant numerum arenæ maris, quia excitauit iracundiã tuam, & malum coram te feci. Hac humilitate cordis & ardenti prece animum Dei expugnauit, adeo ut illum uinculis exutum Regno restitueret. Flagitat enim a nobis Deus, ut ex animo nos coram eo abijciamus & humiliemus, Dann mit Gott muß man auß rechtem grund des Herren handeln/ vnd vns jm gehorsamlich ergeben in seine straffe/ Hypocritism odit & abominatur.

Pulcherrimum igitur exemplum hic in Dauide nobis proponitur, quod docet quomodo in afflictionibus nos geramus, Vide licet, ut crucem nostram patienter feramus, sub potenti manu Dei nosmetiplos humiliantes, Et liberationem diuino arbitrio permittamus, usurpantes illud Dauidis, Si inuenero gratiam in oculis Domini. Nam in corporalibus periculis Deum inuocantes, semper debemus conditionem addere, si Domino placuerit. Item illud, Fiat uoluntas tua. Econtra uero spiritualia bona sine conditione a Deo petamus.

ET DIXIT REX AD SADOCH SACERDOTE, O VIDENS REVERTERE IN CIUITATEM IN PACE.

306 In cap. 15. lib. 2. Samuel.

Apparet ex hoc textu Sadoch Sacerdotem paratum fuisse una cum Leuitis comitari Dauidem exultantem. Quæ res sine dubio magnam consolationem ei attulit, atq; mœsticiam eius non nihil leniuit, cum uideret Sacerdotem Sadoch cum suis tam ægre a se a uelli. Quia Deus Sanctos suos nunquam deserit in calamitatibus, sed etsi omnes cum amici tum inimici eis aduersentur, & persequantur eos, Tamen curat illis mirabiliter consolatores, *ὁ συμπαροῦντας. Er schicket es also/das sich noch etliche frome Leut jr annemen/ vnd mitleiden mit in haben/vnd sie trösten.*

ECCE EGO ABSCONDAR IN CAMPES TRIBVS, DONEC VENIAT SERMO A VO, BIS.

Hic uidemus, quo consilio Dauid Sacerdotes manere Hierosolymę uoluerit, ut deliberationes Absolonis explorarent, easq; sibi per filios ipsorū significarent, easq; in re magis sibi prodesse potuerunt, q̄ si ipsum comitati fuissent in solitudinem. Ita hic locus testatur, Dauidem nulla media a Deo ordinata omisisse, quo posset seruari, & in regnum restitui. Hoc exemplū & nos imitemur.

PORRO DAVID ASCENDEBAT CLIVVM OLIVARVM, SCANDENS ET FLENS.

Quod Spiritus sanctus tam accurate historiam Dauidis descripsit, non modo mœsticiam eius, sed etiam lachrymas & gestum lugentis in fuga commemorans, causa hæc est, ut ostēdat, Deum multo ardentius amare pios, quam ulla blandissima mater unicum suum filium diligit. Cuius quidē amoris tam illustria signa præbet, ut etiam gressus eorum numeret & lachrymas in utrē suū colligat. Psal. 76. & capillos capitis numeratos habeat, Matth. x.

Hac cogitatione & consolatione Dauid in fuga & exilio suo se confirmauit, alioqui non potuisset ingentem illam molem temptationum & afflictionum sustinere, sed necesse fuisset eum perinde ut Saulem impatientia fractum, crudelem abrumpere lucem.

Hæc nō propter ipsum Dauidem, sed nostra causa scripta sunt, ut discamus, Deum nos perinde ut Dauidem in calamitatibus respicere & curare, & nostras afflictiones magnificare propter fidē, nec unquam a nobis dimouere oculos, siue secundæ siue aduersæ res sint, siue in infernum descendimus, siue inde emergimus. Qui non ad hūc modum sacras historias legerit, nullum inde fructum capiet. Omnino enīcienda est ex animo illa imaginatio, sanctos Patriarchas ac Reges, propter aliquam prærogatiuā dignitatis, aut meriti a Deo dilectos ac euectos fuisse. Illi summi uiri perinde atque nos habuerunt carnem & sanguinem, in peccatis concepti, & nati, nec potuerunt illud circumstans peccatum, *ὅτι μετὰ πρᾶμ ἤμαρ*, Hebr. xij.

Hebr. xij. exuere, aut extirpare. Oportuit igitur illos itidem atque nos, ad misericordiam Dei confugere, & gratis per eam iustificari, & clamare: Domine, ne intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Item, Vniuersæ iusticiæ nostræ coram te, tanquam pannus menstruatae. Elaiæ lxiiij. Qui igitur Deum timuerit, et misericordia eius confusus fuerit, is sciat, se non in minore esse precio apud Deum, atque summi illi uiri, Abraham, Isaac, Iacob, Dauid, & similes fuerunt.

In populo, qui Dauidem comitatus est, insigne exemplum *symp. m. d. i. a. c.* fraternæ nobis proponitur.

NUNCIATVM EST AVTEM DAVIDI, QVOD ACHITOPHEL ESSET IN CONIURATIONE CVM ABSOLON.

Non dubium est, quin Dauid, postquam sibi nunciatum esset, Achitophel ad Absolonem defecisse, eumque huius coniurationis Architectum & magistrum esse, grauius conturbatus sit. Non enim sibi erat ignota Achitophelis prudentia & calliditas, sed in illa consternatione mox recolligit se, & ad precationem decurrit, petens a Deo, ut consilium Achitophelis infatuet. *Und das gebete thats auch / vnd brach dem Achitophel den Hals /* Nec fuit irrita hæc precatio. Paulo enim post Achitophel uidens suum consilium apud Absolonem non ualuisse, laqueo uitam finiuit.

Hac forma orandi & nos utamur, contra hostes Euangelij orantes, ut Dominus consilia eorum et practicas in nobis delendis perturbet, & conatus frangat. *So haben wir in den rechten schaden gethan /* Hac precatio firmissimum præsidium contra illorum furores nobis parauerimus. Sinamus igitur eos furere, & insanire in nostram perniciem, Interim precibus incumbamus, *Und laß darnach sehen / ob sie vns / oder wir in / den grösssten schaden gethan haben.*

CVMQVE ASCENDERET DAVID SUMMITATEM MONTIS, VBI VSITATVM ERAT DEVM ADORARE.

Hic oritur quæstio, Peccarit ne Dauid, iubens Chusai Arachiten mentiri, & fallere Absolonem, cum mendacium a Deo prohibitum sit, & pugnet cum octauo præcepto Decalogi. Respondeo, ex definitione mendacij. Mendacium est proprie, cum fallo proximum, in ipsius perniciem, & meo commodo. Quare hoc mendacium, cum aliquid fingo, quo uitæ & salutis meæ & alterius consulam, citra læsionem nominis DEI & conscientiæ, non mendacium, sed potius charitatis officium dicendum est. Recte igitur Diuus Augustinus hoc mendacium offi-

308 In cap. 15. lib. 2. Samuel.

ciosum. Illud uero alterum, quod proximo nocet, perniciosum uocat mendacium.

Ex hac solutione facile iudicari potest, Dauidem recte ac pie fecisse, cum iuberet Chusai, ut simularet se tutari partes Absolonis, & a Dauide defecisse. Nam hac ipsa simulatione seu mendacio, utriusque & Absoloni & Dauidi consulere studuit, cum id ageret, ut Achitophelis consilium irritum redderet. Eius generis mendacium fuit illud Rahab meretricis, Iosuae secundo, quae negabat exploratores a Iosua missos in aedibus suis latere. Nam hoc mendacio, si modo id mendacium dicendum est, non modo exploratores seruauit incolumes, sed etiam negocium Dei promouit, & tandem huius beneficii erga populum Dei amplissima praemia tulit. Eiusmodi permulti casus accidere possunt, ut si quis officioso mendacio usus fuerit, magnam utilitatem & sibi & alijs afferat. Qui copiosorem explicationem huius loci, de mendacio officioso expetit, is legat Enarrationem D. Lutheri in Genesim, ubi tractat historiam Abrahæ mentientis, Saram esse sororem suam.

Non igitur dubium est, quin hoc consilium Dauidis de remittendo Chusai in ciuitatem, ut consilia & consultationes Absolonis exciperet, fuerit a Deo, qui hoc ipso medio, Dauidi exulanti opem ferre uoluit, atque conatus inimicorum eius reprimere. Habemus autem hic egregium exemplum illius sententiae: Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra Dominum. Item, Dissipat Dominus consilia gentium, & irritas facit cogitationes populorum, Psalmo xxxiij. Consilium autem Domini in aeternum manet.

CAPVT XVI.

HOc Caput commemorat, quae Dauidi fugienti in itinere euenierint, Quod Siba Oeconomus Mephiboseth adducens comitum illi fessis occurrerit, studens hoc pacto extorquere a Rege promissionem hereditatis Mephiboseth, & magnam ab eo & comitibus suis inire gratiam. Nec eum haec sua fefellit opinio. Quia Rex omnes fortunas Mephiboseth ei ultro donauit, cum audiret illum ob hanc causam mansisse Hierosolymae, quod speraret sibi regnum paternum restitutum iri. Deinde quod Semei homo sceleratus de familia Saulis ortus, Dauidem iter facientem uirulentis conuicijs exagitauerit lapides in eum mittens, & quanta patientia Dauid haec conuicia deuorarit, committens uindictam Domino. Postremo, quod Absolon Chusai uenientem benigne excipiens consilijs de opprimendo Dauide adhibuerit.

CVMQVE

CVMQVE DAVID TRANSISSET PAV-
LVLVM MONTIS VERTICEM.

Siba imponens Dauidi, est imago hypocritarum qui adhærēt ueris membris Ecclesiæ, Sie halten sich zur rechten Kirchen, studētq; bene mereri de ministris eius, non amore & studio Euangelij, sed emolumentum sui gratia. Sicut hic facit sceleratus Siba, qui non amore nec beneuolentia erga Dauidem adductus comitum affert ipsi et comitibus suis, sed ut hoc munere seu potius aucupio, aliud maius munus a Dauide auferret. Tales hypocritæ semper fuerūt, sunt & erunt omnibus temporibus, qui modo ad ueram, modo ad falsam Ecclesiam declinant, qualis erat Ecebolus Rhetor.

ET AIT REX: VBI EST FILIUS DOMI-
NI TVI?

Vt Siba simulans summam beneuolentiam erga Mephibo-
seth, maximum ei affert incommodum. Ita falsi fratres in Ecclesia
semper perniciosiores sunt manifestis hostibus. Ideo Apostolus
Paulus magis conqueritur de falsis fratribus, quam de aduer-
sarijs.

Est igitur Mephiboseth imago ueræ Ecclesiæ, quæ & intus
& foris oppugnatur & affligitur, foris ab hostibus Euangelij, in-
tus uero a falsis fratribus, qui maiora etiam uulnera pijs Doctori-
bus faciunt, quam Tyranni. Ad hanc internam & externam affli-
ctionem illud mali quoq; accedit, quod ab optimis suis amicis &
fratribus, quos ipsa omni officiorum genere sibi præsto futuros
esse sperauerat, omnino deseritur, ut nec auxilio nec consilio sibi
succurrant, cogiturq; idem, quod caput eius Christus passus est,
pati, quem tempore passionis, omnes amici & discipuli desere-
bant. Quæ res magis etiam pias mentes cruciat, quam ulla externa
quamuis atrox calamitas.

In Mephiboseth item exemplum nobis proponitur, ne in ho-
mines quamuis pios & sanctos nostriq; amantissimos confida-
mus. Fortasse enim Mephiboseth nimis beneuolentia & fauo-
re Dauidis confusus erat. Ideoque diuinitus ita accidit, ut Da-
uid, qui eum antea paterno animo complectebatur, nunc pror-
sus sibi abalienatus sit. Hinc illa adhortatio Spiritus san-
cti in scriptura, ne in homines mortales fiduciam nostram col-
locemus, iuxta illud: Nolite confidere in principibus in filijs
hominum. Item, Psalmo sexagesimo secundo: Mendacium fi-
lij magnatum, in stateris appensi plus quam nihilum sunt pa-
riter. Item Hieremiæ capite decimo septimo: Maledictus qui
confidit in hominem, & ponit carnem brachium suum. Item;

310 In cap. 16. lib. 2. Samuel.

sicut Siba omnes fortunas optimi Mephiboseth fraude consequitur, Ita opes donatas Ecclesiae hypocritae pijs Doctoribus eripiunt. Ea enim fortuna est *Λευδοδυνασκων*, ut Reges & Principes longe plura beneficia in illos conferant, quam in uere pios ac benemeritos Doctores Ecclesiae. Item, *Wieder Boshwicht Siba dem fromen Dauidi das Maul schmirere / vnd im sein Herz gegen dem Mephiboseth verbitterte / Also auch die Heuchler vnd falschen Lerer verunglimpffen bisweilen bey den grossen Herren / die rechtschaffnen Lerer vnd Prediger /* Exempla sunt in promptu. Sicut sceleratus Siba, animum Dauidis, innocenti Mephiboseth abalienauit. Ita Hypocritae Regum & Principum odia in orthodoxos Doctores accendunt.

ET ECCE EGREDIEBATVR INDE VIR DE COGNATIONE DOMVS SAVLIS.

Hic iterum iterumque monendus est Lector, totam historiam Dauidis esse imaginem Regni Christi. Factio Absolonis significat Iudaeos, Achitophel significat summos Pontifices, & totum illud augustum *συνοδου*. Siba est imago Iudae proditoris & hypocritarum. Semei significat illos, qui in Christum in cruce pendentem, uirulentissima dixerunt conuicia. Domus Saulis significat hypocriticam Ecclesiam. Porro eadem omnium piorum fortuna est, quae erat Dauidis. Sicut enim Dauidi exulanti sceleratus Semei amarulentis conuicijs, & sarcasmis insultabat. Ita pijs calamitate aliqua oppressis, Mundus & Diabolus *εγωνομενοι* insultant, dictitantes, illos dignas poenas peccati luere. Item sicut Dauidi duo atrocissima crimina blasphemiae & seditionis obijciabantur. Ita semper praecones Euangelij haereseos & seditionis accusantur. Non igitur ocioso animo hanc historiam perlegemus, & non modo ipsam calamitatem Dauidis, sed etiam motus cordis sui consideremus. Hos autem omnes Psalmus vii, egregie exprimit.

In isto Psalmo primum ostendit, se grauiter angere, non modo, quod regno eiectus sit, & uirulentissima conuicia Semei audire cogatur, quasi iniuste Regnum Saulis occupasset, Verum etiam quod in seditione omnes cultus Dei conciderant, & blasphemiarum ac scelerum plena erant omnia. Deinde fidem suam confitetur, hoc est, ostendit se in his motibus & periculis non abiicisse fiduciam erga Deum, & spem liberationis, sed in promissione Dei acquiescere. Postremo praedicit hostibus suis exitium.

Quaeritur hoc loco, Cur Dauid in hoc Psalmo, sine conditione petat a Domino, ut se in Regnum restituat, cum supra uisus sit conditionaliter idem petiuisse, inquiens, Si inuenero gratiam in oculis Domini, reducet me? Respondeo. Tum enim, cum Sadoch cum Arca eum comitabatur, fides Dauidis

Annotationes. 311

des erāt languīdior. Iam uero fides eius irritata conuicijs Semei fuit firmior. Ea enim est natura fidei, ut conuicijs ac minis Diaboli & organorum eius irritata maiores impetus & incrementa sumat, sicut in exemplis S. Martyrum conspicitur. Cum Iulianus Imperator Mareti Episcopo Chalcedonenſi cæcitatem suam exprobraret, dicens: nec Galilæus Deus tuus curare te potest? Respondens dixit: Ego Deo meo pro cæcitate gratias ago, quia hoc ideo factum est, ne te uideam pietate nudatum. Item, cum Tyrannus Decius, Laurentio horrenda tormenta minaretur, nihil his atrocissimis minis fidem eius fractam, sed magis etiam confirmatam fuisse hæc ipsius uerba testantur, Has ego epulas semper expetui. Huius generis exempla plurima ex historijs colligi poterunt.

DIXIT AUTEM ABISAI.

Etsi iure potuisset Abisai occidere sceleratum Semei, ut qui tam atrocia conuicia in Regem dixerit, Quia scriptum est Exod. xx. Dijs non detrahes, & Principi populi tui ne maledicas, noluit tamen Dauid hoc permittere, ut uindictam Deo committeret, atq; exemplum ceteris constitueret, ne quis iniuria affectus seipsum ulciscatur, sed Domino uindictam commendet.

DIMITTE EVM, UT MALEDICAT, DOMINVS ENIM PRÆCEPIT EI, UT MALEDICAT.

Hoc loco agitari solet quæstio, Cur Dauid dicat, Dominum præcepisse Semei, ut sibi maledicat, cum hoc uideatur cum scriptura sancta pugnare, quæ affirmat, Deum non esse autorem seu causam peccati, seu Deum non præcipere, sed prohibere peccatum? Lyra ita respondet, Constantiam et audaciam Semei & entitatem illius actionis (hæc enim sunt uerba eius) fuisse a Deo, sed non deformitatem et defectum, quod iniqua uoluntate hoc fecerit. Item, quod Dauid inde collegerit, hanc audaciam Semei non esse humanam, sed immixtam diuinitus, quod Semei solus & inermis ausus sit in Regem impetum facere. Noluit igitur hoc opus Dei castigantis impedire. Hæc solutio, an sufficiat, aliorum sit iudiciū. Potest autem etiam & ad hunc modum hæc quæstio solui. Phrasim esse Hebraicam, Dominus præcepit, hoc est, Dominus permisit, ut Semei mihi maledicat. Vbiq; obuia sunt in sacris literis exempla huius phrasim, quale illud est, Indurabo cor Pharaonis.

Doctrina huius loci est, nos debere in hac re imitari exemplum Dauidis, ut cum iniuria ab inimicis nostris affecti fuerimus, cogitemus non casu, nec sine uoluntate Dei, hac nos iniuria affectos esse, sed Deum permisisse, ut id fieret, & quod ne minimam quidem uim ullus hominum aut dæmonum, nisi Deo permittente, nobis asserre possit.

312 In cap. 16. lib. 2. Samuel.

ET QVIS EST, QVI AUDEAT DICERE,
QVARE SIC FECERIT?

Quasi dicat, Non audeo dicere, Deum iniustum, aut crudelem esse, Vel, quis Deum audeat crudelitatis accusare, cum ipse iustus sit, & rectum iudicium eius: Psalmo cxix. Si Deus secundum iniquitates meas mecum agere uelit, et intrare in iudicium, longe atrociores poenas meritis essem, *Es ist noch ein gnedige Väterliche straffe.* Hæc sunt uerba spiritus ac fidei luctantis cum ira Dei ac sensu peccati. Hanc humiliationem & patientiam Dauidis nos imitemur in afflictionibus, Ita demum fiet, ut Deus calamitates nostras mitiget.

ECCE FILIVS MEVS, QVI EGRESSVS
EST DE VTERO MEO.

Persecutio filij mei Absolonis, multo maiorem dolorem mihi affert, quam istius Semei conuitia, Animus meus ad eiusmodi conuitia propemodum obduruit.

DIMITTITE EVM, VT MALEDICAT,
IUXTA PRAECEPTVM DOMINI.

Repetit admonitionem, ut iram & furorem Abisai cupientis hanc tam atrocem iniuriam Regis uindicare reprimat:

SI FORTE RESPICIAT DOMINVS AF-
FLICTIONEM MEAM.

Ostendit his uerbis, nos nostra impatientia & cupiditate uindictæ Deum in opere suo, quo nos liberat, impedire. Qui enim seipsum uindicat, is irruit in officium Dei, cuius est uindicta, *Dann Gott will vnd kan nicht leiden/das wir vns selbs rechen,* Iuxta illud: Mihi uindictam, & ego retribuam. E contra uero, qui patienter fert crucem & iniuriam sibi illatam, Deo uindictam committens, huic liberatio & uindicta a Deo parata est. Deus enim nostram iniuriam suam esse ducit, Iuxta illud: Qui uos tangit, tangit pupillam oculi mei. *Esaiaë lxiiiij.* Qui ipsos cruciat, Deum ipsum cruciat. Nihil igitur lucri faciunt inimici nostri, in nobis affligendis, nisi quod iram Dei contra se seuerissimam concitent.

SEMEI AVTEM PER IUGVM MONTIS,
EX LATERE GRADIEBATVR.

Facile apparet, ex his uerbis Semei, constituisse conuitijs acerbissimis Dauidem occidere. Ita nimirum Satan eum impulit: fuit enim organum Diaboli. Non igitur humano sed Diabolico plane furore percitus Semei in Dauidem impetum facere gestiuit, *Das er den guten David mit solchen bitteren giftigen schmehwörtern nicht getödtet hat/ist ein grosser wunder.* Nec potuisset Dauid hæc perferre, nisi uerbo Dei, fide, & inuocatione præmunitus fuisset, *Freilich*
ists

Ists nicht Menschen vermögen noch krafft/solches zu leiden / vnd aufzu-
 stehn/wann David nicht were zuuor wol mürb worden/durch manchfel-
 tige anfechtung / hette er solche bittere schmechwort nicht können leiden.
 Nisi enim David multis tentationibus antea exercitatus fuisset,
 non potuisset hæc asperrima cōuicia Semei deuorare, sed animus
 eius ad omnis generis conuicia, afflictiones & dolores obdurue-
 rat, ut non sicut Saul, eiusq; similes subita quadam calamitate fran-
 gi posset. Nam homines p̄ij, qui iam inde a iuuentute iugum su-
 um portarunt, hoc est, uarijs afflictionibus atq; ærumnis exerci-
 tati sunt, hi, cum priuatas tum publicas calamitates fortiori ani-
 mo ferre norunt, quam tentationum rudes, & qui semper in ocio
 & pace uitam egerunt. Tales enim, ubi magnum quoddam ma-
 lum eos oppresserit, non possunt consistere, sed illico cadunt ani-
 mis atq; desperant. Quia non habent, ut Epistola ad Hebræos in-
 quit: *ὅτι τὴν ἐξίτητον ἀδυστήρεια γεγυμνασμένα.*

Sæpe olim miratus sum, qui potuerit Maria mater Christi la-
 cerationes filij sui in cruce spectare, Et quod non conspectu atro-
 cissimæ p̄sionis & mortis extincta sit: Non enim potuisset alia
 mulier quamuis animosa id facere, sed postea & literis sacris & ex-
 periētia edoctus, desij mirari. Nam illæ crebræ uices afflictionum
 & liberationum, p̄ijs uelut *ἐξίτητον* quandam conciliant, ut facilius,
 quam cæteri homines afflictiones sustinere queant. Sic uirgo Ma-
 ria cum semper in uita multis asperrimis tentationibus conflictata
 fuerit, præsentiori animo hoc tristissimum spectaculum uide-
 re potuit, quam cæteræ matres potuissent. Nam quotidiana illa
 certamina piorum, fidem, spem, & patientiam eorum probe exer-
 cent & confirmant. Quo magis fides exercetur, hoc maiores im-
 petus & incrementa sumit: in ocio & tranquillitate prorsus lan-
 guescit, ac perit. Præclare igitur D. Iacobus inquit: *πᾶσαν χερᾶν ἡγνή-
 σαθε ἀδελφοί μου, ὅταν περᾶσθε ποικίλοις, ὅτι ἡ δίκη μου ὑμῶν τὸ πᾶ-
 στεος κατὸργάζετ' τὴν ὑπομονὴν, ἢ δὲ ὑπομονὴ ἔργον τέλει ἐχέτω, ἵνα ἦτε τέλει-
 οί, ὅλοκληροὶ ἐν μηδονὶ λειπόμενοι.* Nihil dubium est, quin hanc tam
 insignem sententiam ab Apostolis acceperit. Simus igitur bono
 & forti animo in afflictionibus, & sciamus eas multorum & am-
 plissimorum bonorum nobis causam & occasionem fore. Deus
 enim nō uult mirabilia sua opera in nobis ostendere, quam cum
 multis horrendis afflictionibus oppressi iacemus. Hinc illud Psal-
 mi cxvi. Cum opprimor, adiuuat me, Wann ich vnterlige/ so hilffe
er mir.

CVM AVTEM VENISSET CHUSAI A
 RACHITES AD ABSOLONEM.

De mendacio officioso, quo hic usus est Chusai in salutem Da

314 In cap. 16. lib. 2. Samuel.

uidis, supra dictum est. Recte igitur ac pie fecit Chusai simulando, se ad partes Absolonis defecisse, ut hoc pacto consilia Achitophelis interturbaret, & Dauidi consuleret.

Sed quæritur possit ne a peccato excusari, quod dixerit, Quia illius ero, quem elegit Dominus, Cum cõstet Absolonem sine mandato Dei, imo contra mandatum Dei, Regnum Israel, pulso patre, occupasse. Respondeo. Non plane ab omni peccato liberandus est Chusai. Nam Sancti perturbati & metu perculli multa interdum minime probanda & dicunt & faciunt, sed hæc illis, propter fidem a Deo condonantur, iuxta illud, Beati, quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Non enim semper fortes & firmi stant in fide, nec semper reguntur a Spiritu sancto, sed nonnunquam sibi ipsis relinquuntur, ne obliuiscantur se homines esse.

ET AIT ACHITOPHEL AD ABSOLON: INGREDERE AD CONCUBINAS PATRIS TVI, QVAS RELIQVIT AD CVSTODIENDAM DOMVM, VT CVM AVDIERIT OMNIS ISRAEL, QVOD FOEDAVERIS PATREM TVVM, ROBORENTVR TECVM MANVS EORVM.

Hoc est vere Satanicum consilium, nihil omittit Satan in cruciando sanctissimo viro Davide. Cum enim uerere Achitophel, ne forte reperirentur uiri in populo Israel, qui sperarent Absolonem cum patre tandem abiectis armis, rediturum esse in gratiam. Iubet Absolonem in conspectu totius populi, uim afferre concubinis patris sui, ut omnes intelligerent profus *διαλακτον* esse iram & odium Absolonis in patrem, ita ut nulla spes esset reconciliationis. Cuius quidem rei hoc certissimum esset argumentum, quod concubinas patris tanta affecerit contumelia. Hoc pacto Achitophel non modo Absoloni, sed etiã sibi certissime uisus est consulere. Timebat enim, ne si populus aut arma abiceret, aut timidius pugnaret contra Davidẽ, ipse in summũ discrimen ueniret. Fuit igit hoc per quod prudenter excogitatũ consiliũ, sed consultori pessimũ. Quia in perniciẽ Achitophelis tandem redundauit, ut infra audiemus.

Hic iterũ admonendus est Lector, ne ocioso animo hæc tristissimam historiã perlegat, sed cõsideret furorem Diaboli, & cogitet quantus moeror, luctus ac eiulatus fuerit piarum *maronaz*, quibus scelerati satellites Absolonis uim attulerunt, *Wie gar kläglich werden sie gethan/vñ sich gestellet haben.* Non enim dubiũ est, quin prostratæ ac supplices multis lachrymis ac precibus obsecrarunt Absolonem, ut sibi parceret, nec hoc tam nefandũ facinus cõmitteret, sed

sed nihil profecerunt. Diabolus enim Absolonem & satellites suos omnino furentes & rabiosos reddidit. Interim Deus tacet, & ad hæc nefanda flagitia conuiuet, uidetur dormire, atq; ipsum Dauidem cum suis prorsus in potestatem Diaboli tradidisse: Verum sic solet Deus probare filios hominum, Psalmo xi. hoc est, clausis parumper oculis dissimulat, se illorum impios conatus & flagitia obseruare. Verum hæc dissimulatio Dei minatur illis æternum exitium ac perditionem, Pijis uero liberationem & salutem. Ad hunc modum Deus dissimulabat se obseruare conatus & furorem Pharaonis in Aegypto, cum omnes artes in populo Israel delendo tentaret. Sed cum Pharaon iam uelut de oppresso illo triumphabat, submersus est in mari rubro cum uniuersis suis copijs. Idem Romanis Imperatoribus olim accidit, qui Ecclesiam Christi delere funditus conati sunt omni persecutionis ac crudelitatis genere, sed ipsi tandem perierunt, Ecclesia uero Christi salua permansit.

Hæc exempla liberationis diuinæ sibi quisq; nostrum proponat, cum persecutionem ab inimicis patimur, & cogitemus Deum non dormire in afflictione nostra, sed tantum clausis parumper oculis obseruare inimicorum nostrorum furorem, technas & conatus in nobis opprimendis, atq; adeo differre uindictam, seu iudicium, ut nostram fidem, spem & inuocationem exercent, & tandem gloriosius nos iuuet, ac liberet, sicut sæpe iam dictum est.

CONSILIUM AVTEM ACHITOPHELIS QVOD DABAT.

Studio Spiritus sanctus hanc particulam de prudentia Achitophelis addit, ut ostendat Absoloni persuasissimum fuisse, se nullo negotio patrem oppressurum esse, si modo hunc unum consiliarium Achitophelem secum habeat, cuius consilia ueluti oracula semper habita sint. Item ut doceat, quanto in periculo Dauid fuerit, cum is, qui tum in populo Israel sapientissimus erat, exitum ei machinatus sit. Deniq; ut admoneat Lectorem, nullam sapientiam nec consilium humanum contra Deum & Sanctos eius quicquam ualere & proficere, etiamsi mundus & omnes demones, iunctis uiribus, Ecclesiam Christi funditus delere conentur, nihil tamen proficient. Sicut Absolon persuasus erat, se facili negotio oppressurum esse patrem, eo quod omnibus humanis prælijs munitus erat, nimirum robore populi Israelitici, & prudentissimi uiri consilio Achitophelis, cuius consilia tum ueluti oracula habebantur: Ita omnibus temporibus hostes Euangelij existimant, se facile deleturos esse doctrinam Euangelij, si armis, potentia & sapientia probe instructi fuerint, Sie denken es könne in niche

316 In cap. 17. lib. 2. Samuel.

fehlen, sed haud intelligunt hæc firmissima humana præsidia illis certum exitum allatura esse.

CAPVT XVII.

Continet hoc Caput deliberationem Absolonis, cum Achitophelē & Chusai, quorum alter persuadebat, ut Absolon raptim collecto exercitu duodecim millium uirorum, Dauidem ex itinere fessum opprimeret in solitudine. Alter uero, id est Chusai, hoc consilium dedit, ut Absolon uniuersas copias populi Israel in expeditionem educeret, & in Dauidem impetum faceret. Ita enim fore, ut facili negotio cum suis cæderetur. Hoc consilium etsi stolidum erat, tamen Absolon secutus est, & longe consilio Achitophelis prætulit, Deo nimirum ita disponente negotium, & dissipante consilium Achitophelis. Quæ res ubi nunciata fuisset Dauidi per Achimaam & Ionathan, illico in terram Ammonitarum profugit, ibique seruatus est.

In Absolone nobis proponitur illustre exemplum illius dicti Psalmo xxxiij. Dominus fingit sigillatim corda eorum. Videlicet, quod hostes Ecclesiæ non habeant in sua potestate, corda & cogitationes ipsorum, *Wie gar sie jres Herzens vnd gedanken nicht mechtig seind/* Sed quæ sint prorsus in manu Dei, qui illas regit & mutat, pro suo arbitrio et salute piorum. Non poterat melius nec prudentius consiliū excogitari, quam quod Achitophel dederat. Hoc si Absolon executus fuisset, Dauidem cum suis sine ullo negotio oppressisset. Sed quia Dominus uolebat seruum suum Dauidem seruare, ita finxit cor Absolonis, ut magis amplecteretur stultum consilium Chusai. Hoc est illud artificium, sapientia & potentia Dei, qua in frangendis hostium Euangelij conatibus, uti consueuit, iam inde ab initio.

Ingens hæc consolatio est, scire pios, infestissimos hostes Ecclesiæ non tenere in sua potestate motus cordis sui, sed Deum pro libitu suo illos fingere, ac refingere. Hæc doctrina & consolatio exemplis illustranda est, ut exemplo Pharaonis dimittentis populum Israel, contra suam ipsius uoluntatem & propositum. Huc similia, quæ passim multa in historijs extant exempla, colligenda sunt. Sed illud captiui Electoris Ducis Ioannis Friderici maxime illustre est, quem cum Imperator noster Carolus ea gratia cepisset, ut supplicium de eo sumeret, Sed quia Deus uoluit eum seruare, Imperator ex hoste sibi factus est amicus, adeo, ut etiam honorifice eum tractarit.

In

Annotationes. 317

In Achitophete item insigne exemplū nobis proponitur, Deum omnia consilia prudentissimorum hominum, cōtra nominis sui gloriam & salutem piorum cepta mirabiliter dissipare, & perturbare. Iuxta illud: Dissipat consilia Gentium, & irritas facit cogitationes populorum.

ET AIT CHUSAI, SADOCH ET ABIATHAR.

Apparet ex hoc Textu, Sacerdotes Sadoch & Abiathar non auctos fuisse ciuitatem intrare, eo quod suspecti erant Absoloni, de beneuolentia erga Dauidem. Ideo Chusai per ancillam consilium Absoloni eis significasse.

Porro sicut Absolon non modo Dauidem, sed omnes etiam, qui ei bene uolunt, odio persequitur: Ita hostes Euangelij non tantum pijs Doctoribus, sed Patronis etiam illorum moliuntur exitium: utrosque enim e medio tollere student.

Quod Chusai iubet Sacerdotes nunciare Dauidi, ne hac nocte moreretur in campestribus deserti, sed fugā maturet, admonemur hoc exemplo, ut in periculis constituti omnia media a Deo ordinata tentemus. Qui enim media, seu causas secundas, per quas Deus opem ferre solet, negligit, is Deum tentat. Peccant igitur, qui grassante peste, sine necessitate, sed ut fortitudinem suam ostendant, in periculum sese ultro conijciunt, pestilentes & funestas aedes intrantes. Item qui remedia contra pestem aspernantur, dicentes, se solo Deo confidere. Non hæc est uera fiducia, sed potius iniusta confidentia. Debemus quidem solo Deo confidere, sed hoc modo, quem ipse præscripsit, seu iuxta præceptum & uerbum eius. Sicut conspicitur in exemplo S. Patriarchæ Iacob mittentis munera fratri, quibus iram eius placaret.

Hoc non est Deo confidere, quando aliquis neglecto uerbo & ordinatione Dei, a Deo auxilium petit, sed est proprie Deum tentare. Ut si quis sine ministerio uerbi uelit saluari, ut faciunt Turcæ & similes. Item si quis sanus & ualens uiribus, omisso labore, peteret a Deo panem quotidianum, is tentaret Deum. Quia alium modum, quam quem Deus ordinauit, se alendi, Deo præferberet. Hoc enim proprie est tentare Deum, cum nos alio modo & ratione, quam quæ a Deo instituta est, ab eo alii, defendi, et iuuari postulamus. Hæc diligenter & sedulo populo pro concionibus inculcanda sunt.

Sed dicat aliquis, Imo debemus non modo fortunas, sed & uitam nostram, propter fratres offerre in discrimen, Iuxta illud Iohannis: Et nos debemus pro fratribus animas ponere.

Respondeo. Loquimur de his, qui nulla necessitate postulan-



318 In cap. 17. lib. 2. Samuel.

te, in periculum sese temere coniiciunt, non de illis, qui coguntur peste laborantibus opem ferre. Cuiusmodi sunt, parentes, liberi, coniuges, fratres, cognati, uicini, & similes. Si uiderem aliquem peste infectum iacere in quadam domo, nec quēquam cognatorum aut alienorum ei opem ferre, huic sine ulla deliberatione & mora succurrere debeo. Hic enim uerbum Dei habeo, quod me iubet calamitose fratri opitulari, atque pro eo periclitante animam ponere.

TVLIT AVTEM MULIER, ET EXPANDIT VELAMEN SVPER OS PVTEI.

Supra de officioso mendacio, quo hæc quoque mulier est usa, satis dictum est, uidelicet quod officium potius charitatis, quam mendacium dici debeat, præsertim cum ad promouenda pia negotia, & ad salutem proximi eo utamur.

Quod autem quidam hic obijciunt illud Christi: Sit sermo uester, est, est, non, non, facilis Responso est, Christus in eo loco prohibet uanitatem & mendacium perniciosum, ac præcipit, ut ueritatem in omnibus dictis & factis tueamur.

Illud autem obseruandum est in hac historia, quod hæc mulier tam subito ac facile artificium excogitarit, quo exploratores elusit. Pertinet igitur hic locus ad commendationem sexus foeminei, quod in hac re uiris præstent, ut in subitis periculis salutaria in promptu habeant consilia. Deus enim hunc sexum multis insignibus donis ornauit, ne quis illum contemnat, sed ut debitum illi honorem exhibeamus. Etsi enim & ipsæ sua quædam uitia habeant, tamen hæc longe obscurant uirtutes, & dotes, quibus ornatae sunt. Hæc opponenda sunt contemptoribus sexus foeminei.

SVRREXIT AVTEM DAVID, ET OMNIS POPVLVS, QVI CVM EO ERAT, ET TRANSIERVNT IORDANEM, DONEC LVCESCERET.

Credo Dauidem hoc nocturno itinere grauiores & plures tentationes, & angores animi, quam unquam antea in uita habuisse, & mirum, quod non hac nocte mœrore extinctus fuerit. Nam omnes tētationes noctu magis cruciant hominem, quam inter diem. Huc accessit lassitudo corporis. Haud dubie enim his cogitationibus æstuauit. Mox aderit Absolon cum suis copijs, ac te tuosque omnes comites occidet. Et Diabolus, ut est mirus artifex in amplificando malo, in quo pij uersantur, supra modum exaggerauit periculum eius, subinde ingeminans hanc uocem, Persequimini, persequimini, quoniam non est qui eripiat eum, actum est, ilicet peristi. Deus dereliquit te, quia iram eius horribiliter irritasti tuo adulterio simul & homicidio, horum scelerum iam poenas de te sumpturus.

sumpturus est Deus. Et quis potest dicendo aut cogitādo assequi, quam uarijs cogitationibus mortiferis cor optimi Davidis excruciatum fuerit. Verum his suggestionibus Diaboli acerrime repugnauit, secus promissione Dei sustentauit, dicens & insultans Diabolo, Non moriar, sed uiuam, incedo in potentijs seu uirtute Domini, Psalmo lxxi. Ich gehe einher in der krafft des Herrn. Ita duo isti contrarij affectus, Desperatio & Fides, seu potius, caro & spiritus, uehementer inter se luctati sunt. Caro clamauit: Proiectus sum a facie tua, impossibile est ut ex isto periculo possim eluctari, Ich muß nu sterben vnd verderben. Contra spiritus, Nequaquam perijsti. Non enim abbreviata est manus Domini, nec est perditio, sed tantum tentatio & ludus Dei, quo filios, quos diligit, exercere consueuit. Verum ego hunc uberrimum locum Rhetoribus extendendum committo. Mei ingenij tenuitas me copiosum esse non sinit.

Porro hæc omnia, ut sæpe admonui, in nostram consolationē scripta sunt, ut cum eadem aut similis nos oppresserit calamitas, aut cum similibus telis ignitis Diaboli excruciatu fuerimus, nō abijciamus animum, sed sciamus, præclare nobiscum agi, & nos esse in numero Electorum, eo quod eadem nostra sit fortuna et conditio, quæ fuit summorum uirorum Davidis & similium. Item, quod in Sanctis perpetua sit illa pugna carnis & spiritus, fidei & diffidentia, spei ac desperationis, Et quo quisque pius maiore spiritu præditus est, hoc pugna illa in eo est acrior. Verum hæc luctam homines profani minime intelligunt ac experiuntur. Ingens hæc cōsolatio est afflictis mentibus, scire, fidem cum diffidentia, spem cum desperatione posse existere in gradibus, ut Dialectrici uocāt, remissis. Quo minus cogitent, fidem in se extinctam esse, ubi sentiunt Carnem trepidare ac diffidere. Hæc doctrina proponenda est his, qui grauius animo anguntur, eo quod non semper fide ac spe sibi ardere uidentur.

PORRO ACHITOPHEL VIDENS, QVOD NON FACTVM FVISSET CONSILIVM SVVM.

Causa cur Achitophel sibi ipsi manus uiolentas attulerit, hæc fuit. Verebatur, ne si David uictor extitisset, atrocissimum postea supplicium de eo, ut autore huius seditionis, sumpturus esset. Hoc ut uitaret, seipsum strangulauit: Sciebat enim Absolonem, si consilium suum secutus fuisset, facili negotio Dauidem oppressurum fuisse, quod iam fieri posse diffidit, ubi Dauid sese collegerit atque instruxerit.

Sic solent impij, qui, postquam omnia humana præsidia & cō-



320 In cap. 17. lib. 2. Samuel.

filia eos defecerunt, in desperationem ruere, sibi que ipsis mortem consciscere, Sie müssen jr selber Hencker vnd Mörder werden.

CVMQVE VENISSET DAVID IN CASTRA.

Id est, in locum ualde munitum. Sobi filius Naas Regis Ammonitarum, qui Dauidem antea exulantem hospitio exceperat, auxilia & com meatum mittit Dauidi & militibus eius, ut suam erga eum gratitudinē declarat, quod Dauid tum, cum fratri suo Anon bellum inferebat, ei pepercerat. Discamus ex hoc loco, Deum mirabiliter suis parare amicos & fautores, in omnibus periculis & calamitatibus. Sicut autem Dauidi tum Rex Ammonitarum opem tulit, Ita de pijs oppressis & calamitosis, non cognati, sed alieni, & hi, quos minime putarāt, bene merentur. Hoc autem eo fit, ne certorum hominum auxilia nobis polliceamur, sed ex solo Deo pendeamus. Est igitur doctrina huius loci, ne Deo media, quibus nos iuuat, præscribamus, sed ea diuino suo arbitrio commendemus.

CAPVT XVIII.

Concionatur hoc Caput de poena atque interitu Absolonis, quē coma implicitū ramis quercus, Ioab tribus lanceis transfixit. Cadauer uero eius coniectum est in foueam. Occiso Absolone magnus terror Israelitas cepit. Ideoq; omnes in fugam conuersi, ac cæsi sunt. Quod cum nunciatum esset Dauidi, ingenti dolore affectus est. Diligenter enim præceperat Ioab ac cæteris ducibus, ut parcerent Absoloni.

IGITUR CONSIDERATO DAVID POPULO SVO.

Dauid postquam causam suam commēdauit Domino, incipit iam lustrare exercitum, et instruere copias, et omnibus ordinatis a Deo medijs uti. Huius nos exemplum in sua quisq; uocatione imitemur, Vt primum in periculis a Deo opem petamus ac expectemus. Deinde media seu causas secundas non negligamus. Contra utrumq; malum & desperationem & præsumptionem muniendus est animus.

DIXITQVE REX AD POPVLVM, EGREDIAR ET EGO.

Ne quis diceret Dauidem, aut propter molliciem animi aut desidiam, militiæ laborem fugere, paratus est simul cum cæteris pugnam capessere. In quo id discamus, Sanctos minime uelle cæteros sua causa periclitari, ut sibi modo ociosis & securis

tis esse liceat, uel non solere aliorum periculo, suo ocio & tranquillitati consulere. In populo uero, qui nolebat Dauidem secum proficisci in militiam, illustre exemplum charitatis nobis proponitur. Vt enim milites Dauidis nolebant ipsum inuestigia & ætate grauem secum in aciem egredi, Ita nos debemus fratribus imbecillioribus parcere, nec illis tantum oneris, quantum fortioribus imponere. Atq; ita rationem utrorumq; habere in omnibus Ecclesiasticis, Politicis, & Oeconomicis negocijs, So gehes dan rechte zu in allen Stenden.

ET PRÆCEPIT REX IOAB.

Duæ causæ fuerunt, quod Dauid tam diligenter præceperit Principibus & militibus, ut seruarent sibi filium Absolonem. Primum ^{supra} paterna, Das Väterlich hers. Etsi enim Absolon patrem extinctum cupiebat, non poterat tamen Dauid insitum illum amorem paternum animo eijcere. Nam in Sanctis, ut sepe dictum est, φιλοπατρία longe est ardentior & purior, quam in impijs. Deinde uerebatur, ne Absolon in peccato mortali moreretur.

ITAQVE EGRESSVS EST POPVLVS IN CAMPVM CONTRA ISRAEL.

Ioab eduxit copias suas in aciem, & commisit prelium cum populo Israel, fecitq; magnam stragem. Plures autem Israelitarum in saltu, quam in prelio perierunt, quorum alij fuga dilapsi & palantes in foueas ceciderunt, alij ab immanibus feris dilacerati sunt.

Est autem doctrina huius loci, Deum seditiosos punire. Quia scriptum est: Qui gladium acceperit, gladio peribit. Hæc iam exemplis, quorum historiae plenæ sunt illustrentur.

ACCIDIT AUTEM, UT OCCURRERET ABSOLON.

Describit nunc Spiritus sanctus poenam ac interitum Absolonis, quem ipse sibi sua impietate accersauerat. Cum enim esset securissimus, & sibi certam uictoriam polliceretur, exultans gaudio, de patre oppresso, insidens mulo, hæsit in ramis quercus sua cæsarie, qua superbierat, Sua ipsius coma exitium ei attulit.

Duo hic discamus. Primum quod Deus contumaces liberos, qui sint parricidæ, hoc est, qui parentes in luctum ac mœrorem, quo conficiuntur, coniiciunt, horribiliter tandem punire consueuit. Sicut in hoc Absolonis exemplo apparet, qui non modo fraternæ, sed etiam paternæ cædis poenas luit. Nam fratrem Amnonem gladio per alios, Parentem uero annis grauem & tentationibus confectum occidit mœrore, Quia parentibus, liberorum scelera, sunt ipsa etiam morte acerbiora.

Concionator in hoc loco commoretur, & hoc horrendum exem

322 In cap. 18. lib. 2. Samuel.

plum Absolonis diligenter rudi populo inculcet, & hortetur liberos, ut discant hoc exemplo Absolonis admoniti, Deum timere, & parentes honorare ac reuereri, Et summopere cauere, ne illos contristent, suarq; contumacia in luctum ac mœrorem, quo extinguantur, conijciant, Et sciant, Deum contumaces ac perditos liberos non impunitos dimittere, sed illos tandem horrendis pœnis punire, ut in flore ætatis, miserabili mortis genere pereant, sicut Absolon & multi alij. Econtra uero pios & morigeros liberos, omni benedictionis genere cumulare.

Altera doctrina huius loci est, Sicut Absolon sua cęsarie, qua efferebatur, sibi ipse exitium accersebat, Ita impiorum excellentia sua quibus confidunt dona, eos in exitium conijciunt, Et qua corporis parte peccarunt, in eadem puniuntur, Iuxta illud Sapientiæ xi. Qua quisq; parte peccat, in ea punitur. Hęc iam sunt illustranda exemplis. Summos illos Oratores, Demosthenem & Cicero- nem excellens eorum eloquentia perdidit. Multi fortissimi uiri & bellatores confisi sua potentia, fortitudine & robore corporis, seipsos coniecerunt in exitium. Arrio præstantia ingenij causa fuit perditionis. Plenæ sunt historiæ talium exemplorum. Quare non est, quod quis ex donis suis efferatur, aut illis confidat, sed sciat hęc ipsa diuina sua dona sibi exitium allatura esse, nisi in timore Dei uixerit.

VIDIT AUTEM HOC QVISPIAM, ET NVNCIAVIT IOAB.

Textus facilis est, nec opus habet explicatione, Ideo obiter per- curremus eum.

Hic quæritur, uter rectius fecerit, Is qui nolebat manus afferre Absoloni pendentem de quercu, An Ioab, qui Absolonem tribus lanceis confodit: Videtur enim uterq; probabilem habere rationem sui facti. Nam miles ille qui hoc nunciauit Ioab, uidetur hac in re, quod noluerit manus afferre Absoloni, mandato Regis obtemperasse, & gratificari uoluisse afflictissimo patri. Est enim non leue charitatis officium, lugentibus ac mœstis parentibus parcere. Econtra Ioab uidetur iustam causam habuisse occidendi Absolonem, ut seditiosum ac parricidam, & pro se allegare illud Deut. xxi. de pœna contumacis filij, quem Lex diuina iubet lapidari. Adhęc Ioab uidetur hoc pacto præclare de toto populo Israel mereri, si sceleratum illum Absolonem e medio tolleret, uelut pestem Regni, seu piaculum.

Ego solutionem huius quæstionis relinquo doctioribus. Sed mihi non uidetur Ioab recte & pie fecisse, quod contra uoluntatem & mādatur Regis occiderit Absolonem. Deuisset illum uiuum capere

capere potius, & parenti tradere, ut ipse pro suo arbitrio poenam de eo fumeret, & non afflicto parenti afflictionem addere. Apparet autem Ioab hominem fuisse plane *ἄσβεστον* & ferocem, & studio Absolonem occidisse, ut scilicet gratiam apud populum Israel iniret, & senem & afflicto parentem mœrore necaret, ut ipse sublato Dauide, Rex a populo crearetur. Quæcunq; tandem causa fuerit, certe malo animo & consilio hoc fecisse Ioab nihil dubium est. Est autem Ioab imago illorum, qui non propter utilitatem Reipublicæ, sed sui emolumentis gratia, ut ipsi euehantur & locupletentur res magnas & salutare in Politia gerunt.

Sed quærat quispiã, Recte ne fecerit Dauid, quod iusserit Absoloni parci, cum tamen fuerit perditissimus filius, qui non modo fuit fratricida, sed etiam seditiosus & parricida, et sic meritis, ut exquisito supplicio afficeretur, & in eo constitueretur exemplum, ne quis posthac talia auderet? Respondeo. Sæpe dictum est, summos illos uiros, qualis fuit Dauid, non omni peccato & uitio liberandos esse. Habet enim quisq; Sanctorum, quantumlibet magno robore spiritus ac fidei præditus, sua quædam peculiaris uitia. Magis igitur me iuuat audire & legere, in sacris historijs multiplices lapsus & infirmitates Sanctorum, quam heroicas illorum uirtutes, & summam fortitudinem, & ingens illud robur animi atq; fidei. Hæc enim heroica illorum opera licet quidem nobis admirari, sed non imitari. Illa uero quæ sunt imbecillis fidei argumenta incredibilem afflictis mentibus consolationem afferunt. Quare si quis dixerit, non recte Dauidem fecisse, quod edictum proposuerit, ne quis manus afferret Absoloni, Respōdemus, eum fuisse hominem, & humani a se nihil alienum fuisse, & fecisse, ut conuenit parenti *ἡλιότροπος* ac ærumnoso, & sibi hanc lenitatē propter insignes uirtutes suas cōdonandam fuisse. Nam *συναίφρονες* multo sunt ardentiores in Sanctis, quam in alijs hominibus, facilius miserorum calamitate afficiuntur, eorumq; commiserescunt, contristantur & lugent, quam impij. Facilius etiam sese recolligere, & animum a luctu ac mœrore abducere possunt, facilius et prauos motus cordis reprimere norunt, nimirum confirmati a Spiritu sancto & Verbo Dei.

ET TVLERVNT ABSOLON, ET PROIECERVNT EVM, IN SALTVM, IN FOVEAM GRANDEM.

Et si Lex diuina præceperat, filios contumaces lapidari, tñ qui Rex tantopere interminatus erat, ne quis manus afferret Absoloni: populus non debuisset illū lapidibus obruere, sed prius expe-

324 In cap. 18. lib. 2. Samuel.

etare sententiam & mandatum patris, de illo sepeliendo. Nihilominus tamen Absolon iustas poenas suorum scelerum dedit, Deo nimirum ita permittente, ut a populo obrueretur lapidibus. Hoc horrendum exemplum filijs contumacibus proponendum est, ut relipiscant, & parentes offensos, reuerentia & honore debito placent, eosq; sibi reconcilient, ne similes poenas sibi accersant.

PORRO ABSOLON EREXERAT SIBI, CVM ADHVC VIVERET TITVLVM.

Iosephus scribit, eum sibi statuam marmoream posuisse, Alij uero magnificum extruxisse ædificium, in perpetuam nominis sui memoriam.

Non dignus fuit Absolon, ut honeste sepeliretur. Nam & hac poena Deus impios interdum punit, ut non afficiantur mortui sepultura, nec lugeantur, sed cadauera eorum obijciantur canibus aut uolucris cœli. Sicut testatur exemplum Isebel Reginae, cui Dominus per Prophetam Eliam minabatur, ut cadauer eius a canibus laceraretur, atq; ita euenit. Item Dominus per Prophetam Hieremiam minabatur Regi Ioiachim, ne lugeretur, & respondit uaticinio euentus.

Sed dices, Tamen legimus & accepimus, permultos pios crudeliter occisos aut exustos, sepultura honesta caruisse, multorum etiam corpora leonibus & immanibus feris obiecta fuisse? Respondeo. Etiam si hostes ueritatis illorum cadauera affecerint contumelia, tamen Deus hoc insigni præconio illos ornauit, Quod mors Sanctorum eius sit coram eo preciosa, Psalmo cxvi. Adhæc uera membra Ecclesiae, eorum mortem acerbissimis lachrymis luxerunt, quantumuis interim riserint hostes ipsorum.

PORRO ABSOLON CVM ADHVC VIVERET, EREXERAT SIBI TITVLVM.

Hoc monumentum Iosephus scribit fuisse marmoream statuam, alij uero dicunt, fuisse magnificum quoddam ædificium. Cum enim amisisset liberos, uoluit hoc monumentum extare, quo memoria nominis sui conseruaretur apud posteros.

In Achimaa exemplum nobis proponitur, quod docet, pios esse homines *σώφρονες*, qui summopere cauent, ne mœstos & lugentes importunis uerbis magis perturbent, & mirifice norunt, se ad ingenia afflictorum accommodare.

CONTRISTATVS IGITVR REX.

Quod Dauid tantopere mortem Absolonis luxerit, ut maluerit se potius quam filium extinctum esse, Causa hæc fuit, quod uerebatur ne in peccato suo mortuus sit atq; perierit, *Das er mit Leib und Seele verloren sey*, Hic timor acerbissimum illi dolorem attulit,

tulit, eiq; hanc tristissimam uocem expressit: Fili mi Absolon, Absolon fili mi, quis mihi tribuat, ut ego moriar pro te: Non solum igitur ⁵²⁷ paterna, uerum etiam metus ille, ne Absolon morte eterna oppressus sit, in tantum luctum et moerorem, sanctissimum uirum coniecit.

Lyra ualde sudat in hac quaestione explicanda, cur Dauid optarit se pro filio Absolone mori? Sed est facilis Responso. Dauid certus erat, se etiam si subitanea morte opprimeretur, non tamen gratia Dei excidere. Quia uerbo Dei probe munitus erat, & semper in timore Dei ambulabat, & in lege Domini die & nocte meditabatur. Tales quocumq; mortis genere oppressi fuerint, non peribunt, iuxta illud: Siue uiuimus, siue morimur, Domini sumus. Item: Preciosa in conspectu Domini mors Sanctorum eius. Item Roma. Certus sum, quod neq; mors, neq; uita separare nos poterit a charitate Dei, quae est in Christo Iesu Domino nostro. Sancti singulis diebus, horis & momentis ad mortem se preparant. Itaq; nunquam inopinatos illos mors poterit opprimere, & uitam suam in perpetua poenitentia agunt. Econtra uero impij in summa securitate uitam agunt, sibiq; ipsi longissimam uitam pollicentur.

CAPVT XIX.

Commemorat hoc Caput, quomodo Dauid in Regnum restitutus sit, & quam reuerenter & honorifice omnes Tribus Israel eum exceperint, ac reduxerint Hierosolymam. Praeterea humanitatem ac clementiam Dauidis erga illos, qui ipsum contumelia affecerant praedicat. Sed accedamus ad Textum.

NVNCIATVM EST AVTEM IOAB, QVOD REX FLERET ET LVGERET FILIVM SVVM.

Occiso Absolone ingens terror totum populum inuasit. Nam hic ipse tam mirabilis interitus Absolonis, haud obscurum signum erat iudicij Dei, qui iustas poenas sceleris & impietatis a perdito filio Absolone sumpsit, & patrem eius uindicauit, eiusq; uelit esse protector & opitulator. Deus enim, ut testatur tota scriptura, in magno habet precio timentes eum, & confidentes misericordia eius, atq; horribiliter punit omnes, qui Sanctos suos iniuria aut contumelia afficiunt, non minus ac sibi ipsi illata esset iniuria. Sicut inquit Zacha. ij. Qui uos tangit, tangit pupillam oculi mei. Et quamuis interdum poenas differat, tamen tarditatem magnitudine poe-

326 In cap. 19. lib. 2. Samuel.

næ compensat. In primis autem Prophetarum suorum contumelia afficitur. Ideo inquit Psalmo cv. Nolite tangere Christos meos, & Prophetis meis nolite nocere. Hæc iam sunt exemplis illustranda.

Quod Regnum Israel in Assyriam abductum est, et nunquam inde reuersum, in causa erat, quod Reges Israel idolatrias exercebant, & Prophetas Domini occidebant. Zachariæ sacerdotis cædem Deus scuerissime ultus est. Permisit enim, ut Ioas Rex Iuda, qui iussit Zachariam lapidibus obrui, a seruis suis occideretur; iij. Regum xij. ij. Paralip. xxiij. S. Ioannis Hus necem Deus per Reuerend. uirum D. Lutherum centesimo post anno ultus est. Quod Roma caput orbis terrarum toties capta ac direpta est, causa fuit immanis illa sæuitia, quam Romani Imperatores in S. Martyres & pios Doctores exercuerunt. Nec aliam causam esse sciamus istarum calamitatum, quibus nunc obruitur Germania, quæ contemptum Verbi, & contumeliam ministrorum eius. Et quis potest omnia exempla commemorare, quæ ostendunt grauissimas pœnas dedisse eos, qui Spiritum sanctum cõtristarunt in suis ministris. Quare non miremur Absolonem tam misere perisse, qui patrem suum uirum sanctum & Prophetam tanta iniuria & contumelia affecit. Optarim concionatores in hoc loco tractando rhetoricari, & copiosos, esse maxime cum coram Regibus & Principibus conciones habendæ sunt.

**PORRO REX OPERUIT CAPUT SVVM;
ET VOCE MAGNA CLAMAVIT: FILI MI
ABSOLON.**

Non temere est, quod Spiritus sanctus, tam accurate luctum et moerorẽ Dauidis describat. Quia uoluit ostendere, quanto in precio sint Sancti apud Deũ, qui etiã oēs eorũ lachrymas & gemitus numerat, & in utrem suum, ut Psal. lviij. ait, colligit, & illorũ miseria & calamitate, non aliter ac si ipsius esset propria afficitur.

Omnia Sanctorum opera minima & maxima Deo curæ sunt; & in omnes piorum ærumnas defixos habet oculos, & aures suas in preces eorũ intendit summa diligẽtia. Causa huius rei est, Fides quæ facit, ut Deus maiore cura nostri afficiatur, quam ulla uel matercula unice suæ prolis cura afficitur.

Miretur autem aliquis, cur Dauid uir tanto spũ præditus tam muliebriter defleat mortem Absolonis? Respondeo. Supra dictũ est, summos illos sanctos teneriores multo habere mentes, & molliora pectora, quàm homines profanos. Itaq; multo grauius dolent & lugent, quàm cæteri. Et habuit Dauid grauissimas causas lugendi ac dolendi, quia sciebat Absolonem in peccato mortuum esse.

Ex

Annotationes. 327

Ex hoc Textu facilis est Responſio ad illam quaestionem, Qui fiat, cur non eundem dolorem animi eadem tentatio in omnibus efficiat? Quia sunt diuersa hominum ingenia, diuersa corda, diuersae conscientiae. Quidam sunt natura timidiores, estque illis cor molle & tenera conscientia. Quidam uero sunt ferreo prorsus pectore, & prorsus nullam habent conscientiam, aut certe leprosam. Qui igitur natura sunt pusillanimes & pauidiores, & quorum conscientia tenera est, hos leue aliquod delictum magis cruciat, & conturbat, quam alium duriores atrox quoddam scelus aut facinus. Et si qua calamitas illos oppresserit, magis anguntur animis, & dolent, quam illi duriores. Sicut hic apparet in exemplo Dauidis, qui mortem filij Absolonis tam grauiter luget. Si cui profano homini hoc malum accidisset, non ita doluisset nec luxisset, Quia Dauid habebat tenerrimum cor & conscientiam.

Hoc discrimen hominum scire iuniores Theologos refert, ut discant aliter tractare pauidiores quam duriores, et rationem utrumque habeant, cum in obiurgando tum consolando priuatim.

INGRESSVS ERGO IOAB AD REGEM IN DOMVM, DIXIT.

Ecce aliud malum. Ioab qui debebat Regis moestum animum consolari, sua importuna & aspera admonitione magis etiam perturbat. Videtur enim optimum Dauidem quasi accusare ingratitude, erga duces exercitus, & totum populum, qui pro ipso pugauerant. Sic enim inquit: Confudisti hodie uultus omnium seruatorum tuorum, qui saluam fecerunt animam tuam. Diligis odientes te, & odio habes diligentes te. Si modo Absolon tibi uiueret, nihil curares, etiamsi omnes nos occubuissemus in prelio. Ad hunc modum non sunt admonendi lugentes ac moesti. Sic autem debuisset moestum ac aerumnosum Regem admonere, Optime Rex, etsi iustissimam causam habes dolendi & lamentandi, Quis enim parens praesertim uere *ὀλοσπύρος* non lugeat & lamentetur, cum amiserit filium charissimum? Tamen in praesentia dolorem reprimas, ac letum te simules propter uictoriam, ne si populus uiderit, te tantopere angere animo, ac tristari propter Absolonem, suspicetur te ingratum esse erga eos, qui te, tuos liberos, coniuges et concubinas tuas seruarunt incolumes suo magno periculo. Quare uince dolorem, in publicum prodi, ut populus intelligat, te hac diuinitus parta uictoria & salute tuorum seruatorum laetari.

Haec fuisset amica & pia admonitio, nec exacerbasset, sed mitigasset dolorem Regis. Est igitur Ioab imago illorum, qui non sunt tentationibus fracti et humiliati. Tales enim non possunt alios afflictos uere ac recte consolari, sed importuna sua consolatione ma-

328 In cap. 19. lib. 2. Samuel.

gis etiam conturbant territas mentes. Vt recte Ecclesiasticus dixerit: Qui non est tentatus, quid scit?

SURREXIT ERGO REX, ET SEDIT IN PORTA.

In Dauide exemplum proponitur his, qui tristitia spiritu uexantur. Vt enim Dauid obtemperans uoci Ioab prodijt in publicum, & negocia Regni administrauit, Ita tristes & tentati non debent sese in angulum abdere, & cogitationibus suis indulgere, sed prodire, & sumere quod agant, & negocijs animum a dolore & tristitia abducere, *Sie sollt sich zu Leuten halten/ vnd nicht müßig sein,* Alioqui nullo modo tristitia liberari poterunt. Quia cogitationes mortiferae non uincuntur disputando, sed contemnendo, negocijs, non quiete. Memini Reuerend. uirum D. Lutherum aliquando dicere ad conuictorem quendam suum uehementer tristem & afflictum. Non est quod cogites, te his mortiferis cogitationibus liberatum iri, nisi sumpseris, quod agas, *Je müßet was fürnemen/sonst können jr der gedanken nicht los werden.*

VENITQVE VNIVERSA MULTITUDO CORAM REGE.

In summis angoribus animi exoritur sol consolationis & læticiae moesto Dauidi. Audiens enim & uidens Dauid, populum sibi hanc uictoriam gratulari, animo & studio paratum esse ipsum recipere Regem, & in Regnum restituere, non nihil respirat, & animum recipit.

Hic uidemus uerum esse, quod dicit Apostolus i. Corint. x. Fidelis Deus qui non sinet uos tentari, supra quam potestis, sed dat cum tentatione euentum, ita ut perferre possitis. Item Psalmo lvi. Et non dabit in æternum fluctuationem iusto.

Dauid, nisi Dominus hunc suum ingentem moerorem, gratulatione & beneuolentia subditorum erga se mitigasset, dolore animi fuisset extinctus. Ita omnes Sanctos regit, ut in summis periculis, angoribus & *παραθύσει* tentationis eos, per Verbum & Spiritum sanctum consoletur, & corroboret, eorumque ærumnas & dolores mitiget. Diligenter igitur piæ mentes hoc exemplum Dauidis considerent.

OMNIS QVOQVE POPVLVS CERTABAT, IN CUNCTIS TRIBVVS ISRAEL.

An non miraculi hoc simile est, populum Israel qui paulo ante acerbissimo odio Dauidem persequebatur, seductus ab Absolone, nunc summa beneuolentia eum complecti, & Regem agnoscere, adeo ut omnes tribus certatim studeant, ipsum restituere in Regnum.

gnum, unde pulsus fuerat. Hoc est illud quod inquit Salomon Prouerb. xvi. Si cuius uiri uia Deo placuerint, etiam inimici eius reconciliantur sibi. Non enim dubium est, quin illa animorum inclinatio in populo Israel diuinitus facta sit.

Duo sunt autem benedictionis genera, quibus pios Reges ac Principes Deus ornare consuevit. Primum autoritas siue inclinatio animorum apud subditos. Deinde successus, cum omnia Gubernatorum opera, & Deo grata sunt & subditis salutaria. Ut hic in exemplo Dauidis conspicitur, qui semper mirificos habuit successus in omnibus negocijs, & domi & foris, & summa eiusdem fuit apud populum Israel autoritas. Neutro benedictionis genere ornantur a Deo impij Gubernatores, qui Ecclesiam Christi persequuntur, ut est cernere in exemplo Saulis, & in similibus exemplis, Atque hoc testatur illud Psalmi cvij. Effusus est contemptus super Principes eorum. Item Psalmo cxliij. Qui dat salutem Regibus. Nam etsi interdum uidemus accidere, ut impij Reges ac Principes res magnas & præclaras gerant, Tamen illis non delectatur Deus, nec ulla inde utilitas permanat ad subditos. Sicut omnium temporum historiae testantur.

Porro hæc duo, Autoritas & Successus, non humana industria nec præstantia donorum parantur, sed donantur diuinitus illis, qui timent Deum, & uerbum eius honore afficiunt, Iuxta illud: Glorificantes me, glorificabo. Admonendi sunt igitur Principes, ut hæc summa beneficia a Deo petant, atque illam perniciosam & falsam opinionem animis eijciant, se facile autoritatem & successum sibi comparaturos esse, si modo magnas opes, & potentiam nacti fuerint.

REX VERO DAVID MISIT AD SADOCH ET ABIATHAR, DICENS: LOQVIMINI AD MAIORES NATV IVDA, DICENTES.

Tribus Iuda steterat a parte Absolonis in seditione. Ideo cum sibi esset male conscia, nolebat in conspectum Dauidis prodire. Verebatur enim, ne cum ea, si prodijisset, expostularet. Hoc sentiens Dauid misit ad maiores natu Iuda, metu percussos, Sacerdotes, Sadoch & Abiathar, qui nunciarent eis, Regem deposuisse omnem offensionem, & paratum esse, uiros Iuda cognatos suos recipere ultro in gratiam. Et ne qua suspitio in illis resideat, uocat eos fratres suos, os suum, & carnem suam, ut intelligant, Regem benignam mentem erga illos concepisse. Eadem nunciari iubet Amaia, qui dux erat exercitus Absolonis, & nepos Dauidis, & iuramento affirmat, se non modo illum recepturum esse in gratiam, uerum etiam principem militiæ facturum esse perpetuo.

330 In cap. 19. lib. 2. Samuel.

Quis hanc comitatem & placabilitatem Dauidis satis prædicet? Das kan mir/meine ich/ein grosse freundlichkeit sein, Qui exquisitis supplicijs digni erant, hos Rex Dauid summa beneuolentia cōplectitur, & honore afficit. Nulla maior mansuetudo esse potest, quam si quis eos, a quibus insigni contumelia affectus est, in gratiam ultro recipit & diligit.

Hanc tãtam placabilitatem & mansuetudinem fides uarijs tentationibus & afflictionibus exercitata in Dauide effecit, Solche Leute macht der Glaube. Memor enim erat Dauid peccatorum suorum horribilium, quæ sibi Dominus gratuita misericordia condonarat. Sic nimirum cogitans: quid est illa quamuis atrox iniuria & contumelia, qua me Absolon & populus Israel affecit, ad illa horrenda scelera, quibus tu Deum offendisti? Vix sunt centum denarij, cum mea peccata coram Deo. sint decem millia Talentorum.

Ita condonauit Rex Dauid & peccata, et pœnas peccatorum uniuerso populo. Quia sciebat illum deceptum ab Absolone arma contra se cepisse.

Hoc erat insigne exemplum placabilitatis atq; clemētiae, quod omnes Christiani debent imitari, ut inimicis suis petentibus ueniam ignoscant, & peccata condonent, memores suorum delictorum, quibus Deum offenderunt. Quia impossibile est, ut is qui uere agnoscit peccatorum suorum magnitudinem & multitudinem, & extimescit iram Dei, non proximo quoq; peccanti ignoscat, & benignam mentem erga eum concipiat. Vera pœnitentia uere humiles & placabiles reddit homines. Hypocrisis uero superbos, duros & implacabiles parit, Vt in exemplis conspicitur.

ALLEGORIA.

Dauid est imago Christi, qui pro crucifigentibus se orauit, eosq; recepit in gratiam. Vt enim Dauid Amasæ peccanti factus est placabilior quam cæteris. Ita Christus post resurrectionem suam, præcipue Petro, qui ter eum abnegauerat, nunciari iussit, se resurrexisse ex morte. Hanc Allegoriam facit Lyra, quam probo, quia est analogæ fidei. Non enim omnes Allegoriæ probandæ sunt, sed hæ tantum, quæ uelut ex ipso textu nasci uidentur, & quæ cum doctrina Euangelij congruunt.

ET INCLINAVIT COR OMNIUM VLTORVM IUDA, QVASI VIRI VNIVS.

Quod tam facile omnes uiri Iuda persuasi sunt, ut Dauidem reducerent, hoc non tam suauissimis uerbis, quam precationi Dauidis imputetur. Non enim dubium est, quin ardentissimo peccatore Deum rogauerit, ut ipse populi abalienati animos inclinaret,

set, ut se Regem agnoscerent atque reducerent.
**ET REVERSVS EST REX, ET VENIT
 VSQVE AD IORDANEM.**

Pergit Samuel describere reditum Dauidis in Regnum, & ostendit quanto studio, alacritate, & congratulatione omnes Tribus Israel ipsum exceperunt, atq; cum suis comitibus per Iordanem traiecerunt. Hæc gratulatio populi, haud dubie inestitiam & luctum sanctissimi uiri ualde leniuit. Iam Deus, qui antea erat absconditus, reuelat se Dauidi, & faciem suam illi ostendit. Iam consilium suum, quod Dauidem cælauerat, & salutema, perit, uidelicet, quod hoc consilio faciem suam ab eo paulisper absconderit, & afflixerit eum, ut sapientiam & uirtutem suam ostenderet, & fidem, spem, atq; expectationem Dauidis probe exerceret. Deus enim, sicut sæpe dictum est, non potest suam potentiam, quam Paulus uocat, *ἡ κρᾶτὸς τῆς ἰσχύος αὐτοῦ*, & sapientiam suam mirabilem declarare, nisi in nostra infirmitate & stulticia.

DESCENDIT AUTEM SEMEI.

Uterq; & Semei & Siba meritis erat crucem, & tamen Dauid utriq; condonat suum grauissimum delictum. Causæ, cur id fecerit, duæ sunt præcipue. Primum ipsa humiliatio, & mortificatio Dauidis. Nam ut supra dictum est, homines uehementer afflicti & tentati facile deponunt offensiones, & inimicos suos poenitentes ultro recipiunt in gratiam, uoluptati illis esse, remittere debitoribus & aduersarijs suis, ut hac ipsa fraterna remissione, ueluti Sacramento certi reddantur de fide ipsorum, & remissione diuina. Quare si quem uideris non posse nec uelle proximo, qui se offendit, remittere, hunc scias esse uacuum fide & hypocritam.

Altera causa est, quod Dauid tam facile se exorari passus est, ut utriq; inimico suo remitteret, Videlicet, quod uerebatur, ne si uix dum sedata seditione in hos duos animaduerneret, abalienaret sibi animos Israelitarum reconciliatos, & nouas turbas excitaret, Atq; hæc causa potior est priore.

Hoc exemplum Dauidis imitentur omnes Reges & Principes, ut sedatis tumultibus parcant his, qui poenitentes ueniam delicti petunt, temperent a crudelitate, nec iustas poenas exequantur, tuentes *ἡδελφικῶς*, ac meminerint suorum horribilium peccatorum contra Deum. Nec uero solum summis Gubernatoribus, sed etiam omnibus hominibus in genere, hoc exemplum placabilitatis & clementiæ, mandatum est.

Sed hic quaeritur, quid nobis faciendum est, cum atroci uel contumelia, uel iniuria aliquis nos affecerit, ut si quis aut pa-

332 In cap. 19. lib. 2. Samuel.

trem, aut fratrem meum occidit? Item, si quis mihi minitatur, & machinatur exitium? Respondeo. Hic habemus expressum mandatum Christi, Matth. v. Diligite inimicos uestros, Remittite, & remittetur uobis. Quantumuis atroci me aliquis affecit iniuria, tamen remittere illi debeo, etiamsi is non petiuerit delicti ueniam, & Deo uindictam commendare. Nisi enim hoc fecero, non possum orare, qui autem non orat, nec credit: Quia fides sine oratione esse non potest. Quo magis uiget & stat fides, hoc est ardentior inuocatio, Et contra.

Verum hoc tamen ita intelligendum est, quod Christiano etiamsi inimico suo remiserit, nihilominus tamen liceat opem Magistratus implorare, & contendere in iudicio, si alia ratione nequeat a periculo liberari.

ET AIT REX: QUID MIHI ET VOBIS, FILII SARVIAE?

Egregium exemplum hic proponitur Regibus & Principibus, quod illos admonet, ne monitis consiliariorum, qui eis horrores sunt crudelitatis, obtemperent, sed Reipublicæ utilitatem considerent, & illorum consilia sequantur, qui sunt p̄ij & placidi.

ET AIT REX SEMEI: NON MORIERIS, IURATVSQVE EI.

Hic quæritur, quomodo Dauid iusiurandum seruauerit, cum in fine libri tertij, capite secundo, præcipiet Salomoni, ut de Semei ueluti seditioso, & reo læsæ Maiestatis, pœnas sumat?

Ad hanc quæstionem Lyra sic respondet, Dauidem conditionaliter iurauisse, hoc est, se uiuo Semei non punitum iri. Quod etsi expresse non dixerit, tamen hanc fuisse eius mentem, declarauit postea mandatum, quod dedit Absoloni de interficiendo Semei. Hoc autem ideo fecit, ne si impunitum Semei dimisisset, licentiam similia audendi postea cæteris præberet. Forte etiam nouit hypocrisim Semei, quod non ex animo doluerit de suo peccato, nec uere pœnituerit. Non enim dubium est, quæ fuit clementia Dauidis, quin Semei uere resipiscenti culpam cum pœna remisisset.

Hoc loco agitur quæstio, Num omne Iusiurandum seruandum sit? Facilis & expedita Responsio est, Si uere & iuxta mandatum Dei factum est iuramentum, seruandum est: Sin uero contra Verbum Dei iuramentum factum, non seruandum est. Quale fuit iuramentum Iephta, qui iurauerat, quicquid sibi domum redeunti uictoria potito primum occurreret, se id Deo immolaturum esse, cumq; filia ei occurrisset, eam immolare potius maluit, quam

quam non seruare iuramentum, eaq; in re grauius peccauit. Fuit enim hoc iuramentum contra mandatum Dei: Ne occidas. Huius generis iuramenta fuerunt illa monastica, & similia, florente Regno Pontificio.

MEPHIBOSETH QVOQVE FILIUS SAULIS DESCENDIT IN OCCVRSVM REGIS.

Hoc loco oritur quaestio, Violauerit ne Dauid foedus, quod fecerat cum Ionatha, se nunquam misericordiam a domo sua ablatum esse, Hoc est, gratitudinem suam erga posteros suos perpetuo declaraturum esse? Lyra hanc quaestionem attingit, sed non explicat. Ego sic respondeo, Dauidem in hac re Regulam illam seruasse, quam praescribit *ἡθελικεα*. Si enim ipsum Mephiboseth tota haereditate paterna spoliasset, potuisset accusari periurij, eo quod non seruasset fidem datam Ionathae. Sin uero de fortunis Mephiboseth nihil concessisset Sibae iterum crimen iniusticiae & ingratitude incurrisset. Quia fortunas Mephiboseth Sibae donauerat, & Siba Dauidem Regno pulsum secutus fuerat. Decuit igitur erga illum gratitudinem suam ostendere. Quare ut utriusq; satisfaceret Dauid, iussit eos haereditatem Mephiboseth inter se diuidere, Atq; haec fuit egregia *ἡθελικεα*. Sed dices, Licuisse Dauidi fortunas Mephiboseth eripere Sibae, a quo deceptus erat? Respondeo. Multa consideranda fuerunt Dauidi, Si enim Sibae nihil prorsus ex donatis bonis reliquisset, periculum fuisset, ne hac sua summa iusticia animos Israelitarum diuinitus reconciliatos abalienasset denuo.

Insigne exemplum *ἡθελικεα* hic nobis proponitur. Est autem triplex *ἡθελικεα*, Ecclesiastica, Politica, Oeconomica. Ecclesiasticam *ἡθελικεαν* uoco, cum Doctores Ecclesiae multa concedant infirmis in fide, & pusillanimis, eosque mitius tractent, quam illos duriores. Vt si esset ordinatio Ecclesiastica in aliqua populosa ciuitate, ut quisq; ciuium suae Parochiae Diacono confiteretur, & ab eo Sacramentum sumeret. Esset autem quidam decumbens homo tentatus, qui a Parochiae suae Diaconis, propter certas causas abhorreret, ideoq; alterius Parochiae Diaconum cuperet, qui se uerbo Dei confirmaret, consolaretur & absolueret. In hoc casu debet Pastor seu Superattendens esse *ἡθελικος*, & tentato illi morem gerere, neq; ita tenacem esse suae ordinationis, seu Ceremoniarum. Eiusmodi multi casus possunt accidere, in quibus Gubernatorē Ecclesiasticum oportet *ἡθελικεαν* tueri.

Politica *ἡθελικεαν* uoco, quando Magistratus rationē habet in flagitandis exactionibus diuitem & pauperū, & in puniendis ma-

334 In cap. 19. lib. 2. Samuel.

lesicis, & in exercenda tortura. Quidam sunt natura timidiore & molliore, & teneriore, in his torquendis & puniendis adhibenda est *ἰδιότητα*.

In seditione Rusticorum multi Principes usi sunt hac *ἰδιότητα*, ut nō æque in omnes seditiosos Rusticos animaduertent. Nam quidam p̄i Principes p̄enam remiserunt illis, qui ui coacti sunt autores seditionis sequi, eaq̄ in re secuti sunt exemplum Dauidis. Quidam uero inhumani Principes pariter in omnes seditiosos se uierunt, nulla ratione habita eorum, qui aut seducti, aut coacti, arma amentes ceperant contra Magistratum.

Postremo Oeconomicae *ἰδιότητας* exempla multa in familijs piorum patrum familias reperientur. Fieri igitur non potest, ut quisquam Gubernator recte officio suo fungatur, & salutaris sit, nisi in gubernando utatur *ἰδιότητα*, hoc est, ut quaedam uitia & delicta, quæ non sunt atrocita, subditis condonet, memor illius præclarissimæ sententiæ Imperatoris Friderici: Qui nescit dissimulare, nescit imperare. Econtra impossibile est, ut Magistratus suam Rempubicam beare possit, & ciuibus suis recte consulere, qui semper rigorem Iuris sequatur, et nihil de eo remittere uelit. Hinc illud quod uulgo celebratur Prouerbiū, Summum ius, summa iniusticia. Præclare dixit D. Lutherus piæ memoriæ: Aequitas omnium legum & diuinarum & humanarum regina est.

Cum anno M. D. xxxvi. Conuentus esset Sacramentariorum Vuitebergæ, ut in eo conuentu illa controuersia de Cœna Domini componeretur, placida disputatione et communicatione sententiarum, cumq̄ Sacramentarij a D. Luthero & D. Philippo conuicti, negabant, se sine magno tumultu in suis Ecclesijs reuocare posse, D. Lutherus egregiam *ἰδιότητα* inuenit, iussit enim illos paulatim in concionibus suis, errorem animis auditorum eximere, ac sensim reuocare. Placuit omnibus hæc *ἰδιότητα*. Optarim eadem *ἰδιότητα* uti nostros *ὀρθοδοξία* erga Adiaphoristas resipiscentes.

RESPONDITQVE MEPHIBOSETH REGI.

Cogitur & Mephiboseth uir optimus propter auitum scelus plecti. Amittit enim dimidiam partem hæreditatis paternæ. Verum hanc p̄enam placide, & tranquillo fert animo. Nam Saul sua impietate & scelere toti posteritati suæ p̄enas & calamitates accersuerat. Huius autem rei permulta exempla historiæ omnium temporum suppeditant, quæ ostendunt liberos propter delicta parentum plecti. Iuxta illud: Ego Dominus Deus tuus, uisitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem.

Hinc

Hinc illud etiam Euripideum : οἷοι δ' ἄν σπεισῆ θεόθεν δόμοι,
 & τας οὐδ' ἐν εὐχαιπῆ γενεᾷ, ἰδί πλῆθος ἔρπον. Nec modo scelerati & im-
 pij, sed etiam pij liberi alieni a paterno scelere, puniuntur. Sed hac
 tamen consolatione sese sustentare possunt, Deum corporalibus
 tantum pœnis illos punire ad salutem & uitam. Nam illæ corpo-
 rales pœnæ & calamitates faciunt eos Verbum Dei serio & dili-
 genter meditari ac discere, Deum inuocare, gemere, clamare, &
 perpetuo in timore Dei uiuere. Denicq; maiore cura, & studio li-
 beros suos in uis Dominum erudire, quam maiores sui fecerunt. O-
 portet enim diligentibus Deum, omnia cooperari in bonum.
 Quare pij etiam si sciant, se propter parentum delicta puniri, ta-
 men has pœnas æquo ferunt animo, cum certi sint de gratia & be-
 neuolentia Dei erga se, & has corporales pœnas, æternis ac coele-
 stibus bonis, cumulate in futura uita compensatum iri.

BEREELLAI QVOQVE GALAADITES
 DESCENDENS DE ROGELIM.

Hic Bereellai præclare de Dauide meritis erat, qui ipsum exu-
 lantem cum suis comitibus honorifice excepit & paut. Nec dubi-
 um est, quin fuerit uir insigni pietate & uirtute præditus, & do-
 ctrinæ patrum amantissimus. Ad hæc Dauidem lugentem ac mœ-
 stum egregie consolatus sit in exilio. Sicut enim Loth post horri-
 bilem illum lapsum in Abrahamum consolatore incidit, a quo
 promissione diuina de Semine contrituro caput Serpentis, con-
 firmatus est. Ita diuinitus accidit, ut Rex David pulsus regno, Be-
 reellai consolatore nancisceretur. Nam Deus Sanctos suos non
 deserit, sed illis afflictis & calamitosus semper addere consuevit pi-
 os homines, συμπαθεῖς, ἐν ἀλλήλοισιν, ἐν ἐρεσίαις, καὶ πρὸς ἀκλήρις, καὶ περὶ ἐνοῖς.
 Sic Deus filio suo unigenito Christo exulanti in hoc mundo cu-
 rauerit amicos, & mulierculas quæ illi hospitium & uictum præbe-
 bant. Verum, o beatos, quibus id datum est diuinitus, ut de San-
 ctis ærumnosis ὀλιβομένοις & κακοχρημένοις bene mereri studeant. Am-
 plissima enim huius ἐν ἐρεσίαις in Sanctos premia ferent, non modo
 in futura, sed etiam in hac uita. Quam præclarum premium mu-
 lier Sarephana tulit, propterea, quod Prophetam Eliam hospiti-
 o exceperat.

Item Sunamitidem sanctam illam mulierem Deus propter be-
 neficentiam erga Elisæum, foecundam reddidit, & haud dubie a-
 lijs præterea beneficijs illam ornauit. Item Hier. xxxix. Eledme-
 lech Aethiops in excidio Hierosolymæ seruatus est incolumis, eo
 quod Prophetam Hieremiam de lacu eripuerat, ne in eo periret.

Per multa alia huius rei exempla possunt colligi, in quibus cõ-
 spicitur Deum multis insignibus bñficijs ornasse illos, qui Sanctis

336 In cap. 19. lib. 2. Samuel.

fuis exulantibus & ærumnolis opem tulerunt. Hæc autem exempla proponenda sunt populo in concionibus, quibus ad beneficentiam erga pios cum Doctores, tum confessores Euangelij calamitosos & exulantes excitentur. Sed ad textum redeo. Cum igitur Bereallei optime de Dauide meritis erat, Rex uult ei pro istis suis meritis referre gratiam, eumq; secum abducere domum, ac retinere perpetuo, ut conuictorem suauissimum, sed Bereallei oblatum illud beneficium recusat, ostendens, se iam ætate exacta non posse diu uiuere. Quare se decreuisse, quod reliquum est uitæ, domi exigere, & mori, ut in sepulchro patris sui condatur. Petit autem, ut filium suum Chamaam secum abducatur.

Hæc historia primum proponit nobis exemplum gratitudinis in Dauide, & docet, Sanctos maxime omnium gratos esse erga eos qui de se bene sunt meriti. Vult enim Deus, ut gratitudinem nostram declarem erga bene meritos, & pœnas denunciatur at ingratis. Sic enim scriptum est: Nunquam recedit malum a domo ingrati.

Deinde docet eadem historia, pios Reges ac Principes longe pluris facere illos, a quibus consolationem & consilium in suis ærumnis petunt, quam purpuratos illos Satrapas, & aulicos.

Postremo in Bereallei insigne exemplum proponit senibus, quo admoneantur, ut in senectute sua non spectent dignitates, nec uoluptatibus & delicijs sese dedant, nec cumulandæ pecuniæ operam dent, sed ad uitæ exitum sese præparent, & tota mente in studio sacrarum literarum, & cogitatione cœlestium ac æternorum bonorum uersentur.

Reliqua pars huius Capitis continet concertationem Israelitarum cum uiris Iuda, de reducendo Rege Dauide. Nam Israelitæ ægre tulerunt, uiros Iuda, se in reducendo Rege anteuertisse, Itaq; cum eis hac de re expoſtulant.

CAPVT XX.

SEB A unus ex Satrapis generis nobilitate & autoritate clarus, cum uideret, tanto studio, alacritate & gratulatione, ad Dauidem reducendum Israelitas confluere, ægre id ferens, concitauit illos, ut a Dauide rursus deficerent. Nec difficile id ei erat, cum autoritate ac existimatione apud populum Israel plurimum ualeret, Quippe qui erat ortus ex familia Saulis. Nec dubiū est, quin idcirco hanc seditionē mouerit, ut populus se, reiecto Dauide, Regem crearet. Quare oēs Israelitæ, præter tribum Iuda a Dauide defecerunt. Rex

Annotations. 337

Rex cum Hierosolymam redisset, Primum concubinis suis, quas Absolon stuprauerat, uictu & alijs uitæ necessarijs prospexit. Deinde Amasam misit, qui omnes uiros Iuda conuocaret, & contra seditiosum Sebam conscriberet exercitum. Ioab simulatione amoris erga Amasam, crudeliter ac scelerate eum occidit, ut & fratrem suum Abner, quem Amasa occiderat, & sororem Dauidis, cui pater Amasæ stuprum intulerat, uindicaret. Cum Ioab oppidum Abelam, in quod Seba sese receperat, obsidione cinxisset, mulier quædam sapiens, ut patriam obsidione liberaret, ciuibus suis hortatrix erat, ut obruncati Sebæ caput hostibus præberent, Sic motæ seditionis Seba pœnas dedit. Nunc accedo ad Textum.

ACCIDIT QVOQVE, VT IBI ESSET VIR BELIAL, NOMINE SEBA.

Vix respirauerat Dauid a priore calamitate & Iuctu, & ecce noua eum excipit afflictio. Ea est enim fortuna piorum in hoc mundo, sicut sæpe dictum est, ut perpetua afflictionis & liberationis uicissitudine exerceantur, Vt uere illud Euripideum in eos conueniat, *πᾶς δὲ ὀδύνηρός βίῃ ἀνθρώπων, κούκ ἔστι πόνων ἀνοήτων*. Sancti postquam ex summis periculis & afflictionibus, auxilio diuino tandem eluctati sunt, iam debellatum esse putant, & canunt læti cum Dauide: Non mouebor in æternum, ac sperant, se posthac tranquillum uitæ cursum habituros esse, sed cum uix a prioribus tentationibus respirarunt, mox alia noua atrocior illis parata est tentatio, ut sic perpetuam crucem ferre, atq; illud Psalmi lxxiij. semper usurpare cogantur: *Castigatio mea in matutinis &c. donec tandem tentationibus fracti & mortificati placide in Christo obdormiant.* Sicut in exemplis Sanctorum Patriarcharum, præcipue uero in exemplo Iacob conspicitur, quem nouis subinde tentationibus atq; ærumnis excruciatum fuisse legimus, ac uere fuisse hominem *πάλαιπρόρον & κακοχρόμενον.*

Porro, sicut Deus ideo permisit hanc seditionem moueri, ne Dauid beneuolentia Israelitarum confideret, Ita sinit optimorum & coniunctissimorum præsidijs Sanctos suos interdum destitui, ut discant solo Deo confidere, nec ponant carnem brachium suum, ut Prophetæ uerbis utar.

Et quamuis non dubium sit, quin Dauidem hæc tentatio tum exercuerit, se propter homicidium & adulteriū ita puniri a Deo, & Diabolus hæc peccata in immensum, ut solet, exaggerarit, Tamen consolatione promissionis de uenturo semine sese sustentauit, eaq; animum ab angoribus abduxit, Sic nimirum cogitans, Quantumuis duriter me premit & castigat Deus, non tamen a facie sua me proiecit. Libenter igitur paternam illam castigationem

338 In cap. 20. lib. 2. Samuel.

nem sustinebo, ut mortificer, modo ne gratia eius excidam, *Ich wil gern diese Leibliche straffe leiden/das nur Gott mein gnediger Vater bleibe.* Sic potuit David sub istis densissimis tenebris & nubeculis, Solem, id est, paternum affectum Dei agnoscere.

Hoc artificium nos quoque discamus, ut ad Deum percutientem nos, & simulantem nos auersari reuertamur, filialem amorem erga ipsum concipiamus. Verum non subito hoc artificium parari potest, sed longo usu ac exercitio fidei. Facile est rebus secundis Deum compellere patrem, & credere eum nobis suauiter arridere, & blandiri, sed cum procellae tentationum in nos irruerint, tum certo statuere, has esse tantum tenues nubeculas, quae solem obscurant, hoc opus, hic labor.

CVMQVE VENISSET REX IN DOMVM SVAM HIERUSALEM.

Duae fuerunt cause, cur David a consuetudine concubinarum & coniugum abstinuerit. Primum, quod erant stuprate ab Absolone. Deinde quod ipse erat exhausto corpore, cuius vires non modo aetas (erat enim tum fere sexagenarius) sed multo magis tentationes labefactarunt. Ac memini ipse D. Lutherum saepe dicere, se mirari, qui potuerit David tam diu uiuere, qui tot tantisque tentationibus excruciatum fuit.

DIXIT AVTEM REX AMASAE.

Et si David in solum Deum fiduciam suam collocabat, minimeque dubitabat, eum sibi affuturum esse Protectorem & Liberatorem, nihilominus tamen usus est causis secundis, hoc est, omnibus medijs a Deo ordinatis. Iussit enim conscribere exercitum, & copias educere in aciem, ad opprimendum seditiosum Sebam.

Hoc exemplum Davidis quilibet nostrum in sua uocatione imitetur, ut ante omnia in periculis suis ad Deum confugiat, ab eoque auxilium & solatium petat & expectet, Postea uero praesidia & consilia humana quaerat: Quae si inuenerit, uideat, ne illis confidat, sin uero defecerint eum, minime animum despondeat, sed sciat, Deum etiam sine causis secundis, timentes eum & confidentes misericordia eius posse seruare ac liberare.

Peccant igitur primum hi, qui nimium secundis causis, id est, praesidijs humanis confidunt, ut Assa laborans ex pedibus ope Medicorum confidebat, ideoque morbo extinctus est. Sic multi alij propter fiduciam humani, uel auxiliij, uel consilij in calamitatibus perierunt. Quia stat haec firma & immutabilis sententia: Maledictus qui confidit in hominem, & ponit carnem brachium suum. Hier. xvij. Tales enim dicuntur a Deo deficere, & relinquere Deum fontem uitae, & colunt deos alienos. Nam humana praesidia sunt cordium ipsorum Idola.

Deinde

Deinde & illi peccant, qui neglectis causis secundis postulant, se a Deo defendi, iuuari & liberari. Cum enim Deus per media a se ordinata nos uult iuuare & liberare, Deum tentare dicitur, qui quis alio modo, quam quem Deus præscripsit & ordinauit, se cupit diuinitus liberari & seruari. Vt si quis robusto corpore horrens laborem, a Deo uictum peteret, hic uere tentat Deum, quia alio modo se petit ali, quam qui ordinatus est a Deo. Huius generis peccata, quibus homines Deum tentant, permulta possunt colligi.

AIT AVTEM DAVID AD ABISAI, NVNC MAGIS AFFLICTVRVS EST NOS SEBA.

Miretur fortasse aliquis, cur Dauid nunc in isto periculo ita trepidet & formidet, qui tot & tantas liberationes diuinas iam sæpius expertus sit, & qui tam præclaros Psalmos de ea re composuerit, Quod Deus Sanctos suos, nec possit, nec uelit deserere, sed in omni periculorum & calamitatum genere, Opitulator, Consolator & Liberator illis affuturus sit, iuxta promissionem suam: Ego sum Dominus Deus tuus. Vbi nunc est fortis ille Dauid, qui canit Psalmo cxij, Iustus a nuncio malo non timebit, paratum est cor eius sperare in Domino. Item, Psalmo xxvij. Si inimici mei aduersus me castrametentur, non timebit cor meum: Si exurgat aduersus me prælium, in hoc ego sperabo. Item Psalmo xxiiij: Si ambulauero in ualle umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es.

Respondeo. Quod Dauidi accidit, idem omnibus Sanctis iam inde ab initio accidit, & usq; ad finem mundi accidet, quotiescunque noua tentatio seu afflictio illos exceperit. Primum, quia nullum exitum nec finem huius mali, quo premuntur, prospicere queant, uehementer anguntur animis, ac trepidant, non aliter ac si nullam unquam tentationem experti fuissent, omnesq; consolationes Scripturarum & Exempla liberationum diuinarum illis excidunt. Postea uero, ubi sese paululum collegerunt, & Verbum Dei meditari, & precari cœperunt, illico respirant, & ingentes motus animi denuo concipiunt. Hæc ideo sæpius inculcanda sunt, ut intelligant imperitiores, quanta sit carnis imbecillitas, etiam in summis Sanctis, neq; existiment illos semper stare & fortes esse in fide, sed nonnunquam fidem eorum languescere & infirmari, Deus autem certo consilio Sanctos suos hanc uicissitudinem firmæ & infirmæ fidei uult experiri, ut nouam subinde consolationem & doctrinam ex Verbo Dei hauriant, atq; sentiant quam suauis sit Dominus.

Quod hypocritæ experiri nequeunt. Cum enim nulla tenta-

340 In cap. 20. lib. 2. Samuel.

tione nec afflictione conflantur, sed semper suauem & tranquillam uitam agunt, nō possunt uero & ardenti studio uerbum Dei legere, audire & meditari, sed oscitanter illud legunt, & audiunt. Tantum abest, ut suauitatem ac efficaciam uerbi experiantur.

PORRO IOAB VESTITVS ERAT TVNICA STRICTA.

Ad seditionem motam a Seba id quoque mali accedit, quod Ioab scelerate interficit egregium bellatorem Amasam. Quæ res, haud dubie, magnum dolorem attulit Dauidi. Sic uidemus sanctissimum uirum non modo a seditiosis Saulitis, uerumetiam a suis ducibus affligi. Hinc illa querela eius, Psalmo cxix. Principes persecuti sunt me sine causa. Israelitę & Duces eius magis excruciarunt eius animum, quam exteri & hostes. Atque hæc est fortuna omnium fere piorum, ut primam & maximam omnium persecutionem patiantur a suis domesticis, ab uxore, liberis, fratribus & cognatis. Ut in exemplo S. Patriarchæ Iacob conspicitur, quem primum frater germanus Esau extinctum cupiebat. Secundo Laban afflixit. Tertio filia Dina stuprata in acerbissimum moerorē & luctum coniecit. Quarto Simeon & Leui maius illi uulnus fecerunt, cum occiderent omnes Sichimitas. Quinto Ruben stuprum inferens Bilhę propemodum occidit dolore miserum parentem.

Idem accidit Dauidi, qui omnium atrocissimas afflictiones a liberis & cognatis sustinuit. Nam primum filius eius Amnon sororem Absolonis constuprauit. Deinde Absolon ulciscens stuprę sororis suę, Amnonem occidi curauit. Postea idem Absolon seditione mota patrem Regno eiecit, Ut interim taceam, quanto dolore Amasa nepos eius a se deficiens, & sceleratus Ioab illum affecerunt.

Eius generis exempla per multa ex historijs possunt colligi. Sed exemplum Hiobi illustre est, quem nō modo cognati & amici, uerumetiam uxor eius grauer afflixit. Cum enim ulceribus scatens sensu irę Dei, & internis paucibus excrucietur, Amici & cognati, qui ipsum consolari debebant, importunis suis cōcionibus, & monitis, magis etiam dolorem eius exacerbabant. In primis uero uxor, quæ maritum afflictissimum amarulentis exagitabat conuicijs, dicens: Adhuc permanes in simplicitate tua, benedic Deo & morere. Hæc conuicia magis sauciarunt sanctissimi uiri animam, quam ipsi cruciatus corporis & pauores interni.

Quid primus noster parens Adam, An non & ipse a perditio suo filio Cain, & posteris suis, multo grauius afflictus est, quam ulli unquam Sancti ab hostibus suis uexati fuerunt? Sic omnibus temporibus uera Ecclesia atrociora accepit uulnera a falsis fratribus.

bus, & hypocritis, quos in suo ipsa gremio educavit, & fouit, q̄ a Tyrannis. Quid filius Dei, Dominus noster Iesus Christus, nonne & ipse a suis cognatis crucifixus & occisus est? Et Diuus Paulus Apostolus conqueritur in suis Epistolis, se maiorem persecutionem a falsis fratribus, quam ab hostibus Euangelij passum fuisse. Idem memini D. Lutherum sæpe conquestum fuisse, se magis a suis discipulis, quam ab inimicis suis uexatum fuisse. Non igitur miremur, quasi noui aliquid nobis acciderit, cum aut perditu liberi, aut uxor morosa, aut fratres, & cognati nos affligant, sed sciamus nos hanc fortunam cum multis sanctissimis uiris habere communem.

Sed hic oritur quæstio, qui fiat, quod Deus sinat Sanctos suos magis premi & affligi, a liberis, fratribus, coniugibus, cognatis, quam ab alienis? Respondeo. Ne hanc ipsam læticiam & uoluptatem, quam ex solo Deo debeant, ex creaturis percipiant, & ut omnia, quæ illis chara & antiqua sunt, Deo eiusque uoluntati & gratiæ discant posthabere, & parati sint semper omnia propter Christum amittere, *Auff das sie lernen den Creaturen gar absterben.*

Item quæritur, Cur sancti Reges & Principes plæruncq; sceleratiores & infideliores habeant consiliarios, quam impij? Respondeo. Ne hoc quidem sine certo Dei consilio fieri solet. Nimirum ut Sancti maiorem necessitatem habeant meditandi in Lege Domini, & precandi. Alioqui in studio pietatis sterterent, & Diabolus oscitantes & securos eos opprimeret. Idem responderi potest & ad illam quæstionem, Cur plæruncq; uidemus accidere, ut pius & placidus maritus, impiam & morosam habeat coniugem, & pia honestaq; mulier cum moroso & impio marito nupta sit? Videlicet, ut pius maritus impiam coniugem uerbo Dei conuertat, & morositatem eius, sua commoditate morum corrigat, atque emendet. Sicut Monica D. Augustini mater asperum maritū sua suauitate morum & tolerantia fregit, & ad Christum conuertit.

In Ioab exemplū nobis proponitur, quod hortatur nos, ut primos lapsus caueamus. Quem enim Diabolus semel in peccatū impulit, hūc postea nō cessabit instigare, ut pergat accumulare peccatā.

Cain postquam factus erat Idolatra, mox acerbissimum odiū erga Deum, & fratrem Habelum concepit. Accensum odio Dei Diabolus impulit, ut fratrem occideret, parricidio addidit desperationem. Dauid simulatq; adulterium commisit, non potuit se continere, quin & Uriam e medio tolleret. Sic omnes flagitiosi & malefici homines, ubi semel aliquod scelus designarunt, postea in omnia scelera & flagitia feruntur præcipites.

Adiuuanda est igitur iuuentus, ut discat cauere primos la-



342 In cap. 20. lib. 2. Samuel.

plus, & primas flammæ libidinis, iræ, odij, inuidiæ restinguere,
 Dann wo der Teuffel den Menschen ein mal zu falle bringet / so lesset er
 nicht von ihm / bis er in vollend in abgrund der Hellen stürze.

Porro causæ, quæ Ioab impulerunt, ut Amasam occideret, hæc fuerunt. Primum mors fratris sui Azahel, quem Amasa occiderat. Deinde quod pater Amasæ, Iezra sorori Dauidis Abigail stuprum intulerat. Postremo ægre ferebat, Amasam ducem belli a Rege electum esse. Etiam si plures grauiores causas occidendi Amasam Ioab habuisset, non tamen licuit ei priuatam uindictam exercere, sed uindictam Deo & Regi committere, quod quia non fecit, ideo poenas tandem suæ cædis dedit.

VENERUNT ITAQUE, ET OPPUGNARUNT EVM IN ABELA.

Nunc audimus quem exitum Seba habuerit. Cum enim in oppidum Abela sese recepisset, saluum se fore ibi arbitrabatur, sed ciues, cum obsidionem ferre diutius non possent, de consilio cuiusdam foeminae, sapientia & facundia præstantis, ut periculo liberarentur, Sebam obtruncarunt, & obtruncati caput de muro proiecerunt ad Ioab, qui mox soluta obsidione discessit.

In quo primum id discamus, quantam perniciem unus sceleratus & impius homo toti Regioni & ciuitati afferre possit. Nam hic Seba omnes ciues Abelinos in summum periculum coniecit. Econtra uero, unicum hominem, pietate & sapientia præstantem, multa millia hominum beare, & seruare, cum precibus, tum consilio. Sic Naeman Syrus beaui Syriam, Sic Ioseph Aegyptum, Sic Loth Sodomam & Gomorram: quandiu enim fuit in illis, Deus non poterat eas delere, sed mox simul atque illinc discesserat, deletæ sunt. Sic Lutherus Germaniam.

Tales Scriptura uocat Columnas Regionum, Psalmo lxxv. Ego autem confirmaui, inquit, Dominus columnas eius. Ibi Deus promittit, se in publicis calamitatibus seruaturum esse pios, propter quos omnis generis beneficia ingrato mundo donare solet. Item uocat eos σωτῆρας Saluatores, & deos Regionum. Sic enim inquit Deus ad Moysen: Ego constitui te Deum Pharaonis, Exo. vii. Hoc est, Saluatorem, ut si te audierit, & uoci meæ paruerit Pharaon, saluetur cum suis: sin minus, funditus pereat.

Omnibus autem ciuitatibus & Regionibus Deus suos dat σωτῆρας & Columnas. Aegypto columnam dedit Ioseph, Syriæ Naeman, Samariæ Eliam, & postea Eliseum. Vbi autem illi σωτῆρες e medio sublatis fuerint, horribiles sequuntur calamitates, quæ totas ciuitates et Regionem nonnunquam euertunt. Sicut in exemplo Ioseph cõspicitur, quem postquam rebus humanis Deus eximerat,

merat, grauisissima seruitute populus Israel oppressus est in Aegypto. Extincto Iosia Rege Iuda, mox excidium Hierosolymæ secutum est. Nam ipso superstite, Deus pœnas impendentes distulit. Sic uiuente D. Luthero uiro Dei, Germania tranquilla erat, mox illo defuncto, funestum illud & intestinum bellum exarsit, et multæ aliæ calamitates publicæ & priuatæ secutæ sunt. Ad hæc horribiles dissensiones, *χίμαρα* & scandala in Ecclesijs extiterunt. Solus enim D. Lutherus uiuus erat illa Columna & *στυλή* Germaniæ, qui uelut Athlas cælo humeros supponebat, hoc est, qui precibus suis ardentissimis imminentes pœnas peccati, quas nostra ingratitude meruerat, prohibuit, & brachia Dei minitantis Germaniæ exitium cohibuit.

Meminerint igitur Ciues, quibus Deus aliquem *στυλῆρα* dedit, ut illum omni officij genere prosequantur, & foueant, ne si illum contumelia affecerint, aut mœrore necauerint, ut plærumq; fieri solet, iram Dei irritent, sibiq; horrendas pœnas accersant.

Altera doctrina huius loci est ista, nullos seditiosos impune euasuros esse. Nam etsi manus hominum effugerint, tamen in manus Dei eos tandem incidere, & diuinitus rapi ad supplicia. Reliqua huius Capitis non opus habent explicatione.

CAPVT XXI.

Commemorat hoc Caput, quæ post reditum Dauidis in Regnum acciderunt, Videlicet, magnam famem exortam esse, eamq; tres continuos annos durasse. Cum autem Dauid Dominum consulisset, responsum accepit, Saulem & domum eius sanguinariam huius plagæ autores esse, eo quod Gabaonitas occidisset. Itaq; omnes posteros Saulis, excepto Mephiboseth, Dauid Gabaonitis tradidit, qui postquam in crucem acti fuissent, plaga illico cessauit. Deinde ostendit, quomodo Dauid, cadauera Saulis & filij eius Ionathæ, ab hostibus recepta honorifice iuxta sepulchrum patris sui Cis, sepeliri curauerit. Postremo commemorat, Dauid maximum & difficile bellum gessisse cum Palestinis, in quo ipse propemodum fuisset occisus, nisi Abisai ei opem tulisset.

LOCI HVIVS CAPITIS. I.

Impij sunt pestes Rerumpublicarum. Nam ut supra dictum est, ipsi suis peccatis accersunt calamitates, quæ tota regiones & ciuitates subuertunt, atq; in illis calamitatibus simul pij cum impijs rapiuntur. Huius rei hic illustre exemplum nobis proponitur, in populo Israel, qui propter posteros Saulis superstites, fame affli-

344 In cap. 21. lib. 2. Samuel.

gitur diuinitus. Sic hodie scelerata factio Pontificia, & nostri fanatici & Hypocritæ sunt nostri fundi calamitas. Quia suis idolatrijs, blasphemijs, & sceleribus irritant iram Dei, ut bella, cædes, tumultus, famem, pestem, & similes clades immittat Germaniæ. Sic sæpe unus aliquis homo sceleratus, totam suam clarissimam familiam in exitium conijcit. Non solum historiæ omnium temporum, sed etiam quotidiana experientia, huius rei infinita exempla suppeditabit.

II.

Manifeste blasphemus & flagitiosus e medio tollendi sunt uelut *ἀλάστορες* & piacula, propter quos tota rerum natura plectitur. Iuxta illud, Blasphemus morte moriatur. Recte igitur & pie facit magistratus, cum sceleratos & blasphemos Papistas, qui pergunt exercere suos cultus idolatricos, ex oppidis suis eijciunt, uelut piacula, & pestes Reipublice. Nam & hoc ad officium Magistratus pertinet, punire manifeste blasphemos, itidem ut manifeste periuros, homicidas, adulteros, fures &c. Sic legimus, multos Sanctos Reges & Principes, impios Doctores ab officio docendi in Ecclesia remouisse, atq; e Regnis suis eiecisse.

III.

Hærent in Sanctis, etiam in magnis uiris multiplices errores, infirmitates & uicia, quæ, quia agnoscunt ac poenitent, Deus illis non imputat, sed condonat propter fidem. Sicut hoc exemplum Dauidis testatur, qui licet magno spiritu & robore fidei præditus erat, sapientissime tamen errauit, peccauit, & lapsus est. Non enim recte fecit, quod cessauerit posteros Saulis e medio tollere, nec dubium est, quin hac de re, per Prophetam Nathan, diuinitus sit admonitus, ut eos Regno suo eijceret. Fuit igitur peccatum Dauidis, peccatum omissionis, Cuiusmodi multa Sancti in hac infirmitate carnis solent committere, sed non imputantur eis, imo interdum occasio fiunt multorum bonorum, & sibi & alijs. Nec tantum errata Sanctorum, sed etiam peccata eorum horribilia cedunt eis in bonum, iuxta illud Rom. viij. Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.

Sic Dauidi suus horrendus lapsus occasionem præbuit, illum longe eruditissimum Psalmum, Miserere mei Deus, componendi. Verum hoc non ita debet accipi, quasi autores aut hortatores esse uelimus pijs peccandi. Loquimur de his peccatis, & erratis, quæ Sancti præoccupati a carne & Diabolo admittunt, non de illis, quæ scientes & uolentes designamus, qualia sunt Epicureorum, Hypocritarum, & Antinomorum, Papistarum & similia.

III. Sanctorum

III.

Sanctorum & preces & imprecationes sunt efficaces, cuius rei insigne exemplū hic proponitur in Gabaonitis, qui cum pro populo Israel non orarent, sed peterent a Deo, ut se oppressos & calamitosos respiceret, et sibi illatam iniuriam uindicaret, suo illo gemitu & lachrymis effecerunt, ut Deus fame puniret populum Israel, propterea quod non de posteris Saulis supplicium sumerent. Verum mox ubi occisis posteris Saulis, Gabaonitæ hæreditati Domini benedicere cœpissent, fames cessauit. Sic Abraham, Gene. xx. cum pro Rege Abimelech, qui sibi uxorem Saram ereptam reddiderat, orare cœpisset, plaga illa qua Deus totam familiam suam percussit, sublata est. Samuel simulatque pro Saule orare desisset, nullum postea successum habuit.

In historia D. Huldarici scriptum legimus, eum mendicum quendam aluisse, ut pro se quotidie oraret. Cum autem quodam die mēdicus preces pro Huldarico omitteret, aliquid ipse incommodi passus est, cumque ex mendico quæreret, num hoc die pro se orasset, negauit ille hoc se fecisse, eo quod sibi Oeconomus hoc die nihil præbuisset. Israelitæ, dum in captiuitate Babyionica pro Rege, qui eos captiuos tenebat, orabant, Regnū eius erat tranquillum. Orante Luthero pro Germania, salua erant omnia, Sed statim ubi ex hac uita euocatus orare pro ea desijt, hæ turbæ secutæ sunt, & maiores sequentur, nisi ueram pœnitentiam egerimus. Hæc exempla proponenda & inculcanda sunt, non solum populo in concione, sed etiam Principibus & Gubernatoribus, ut discant magnifacere preces piorum, & imprecationes eorum metuerē, & sciant, se præclare cōtra mille insidias & furores Diaboli munitos esse, & Deum omne benedictionis genere se cumulaturum esse, cum multi sunt pij, qui ardentibus precibus Deum pro se orant, ut illos fideliter regat, E contra uero sciant sibi horrendas calamitates impendere, seque insidijs & furoribus Diaboli expositos esse, ubi pro se pij uota facere desierint, seu postquam piorum preces in imprecationes conuersæ fuerint. Et exemplum illud Samuelis semper in conspectu habeant, qui dum pro Saule oraret, magnum successum in bellis gerendis habebat, Cessante autem Samuel pro eo precari, cæsus a Palestinis in bello occidit. Item illud D. Ambrosij, qui cum imprecati dira Stilliconi scribæ Theodosij Imperatoris cœpisset, Stillico in furorem actus est, quo tandem, beneficio precum Ambrosij liberatus est. Memini D. Lutherum, postquam pro Principe indurato precari cessasset, non ita multo post illum Principem, cum sua stirpe funditus interijisse.

346 In cap. 21. lib. 2. Samuel.

Hæc inquam & similia exempla Principes & Gubernatores probe sibi ipsis inculcent, & caueant, ne sua crudelitate ac sæuicia piorum preces amittant, & sciant, de se actum esse, ubi defuerint p̄ij, qui pro illis uota faciant: & unius Sancti hominis precationē sibi plus opis allaturam esse, quam multa impiorum hominum millia, & uniuersas opes ipsorū. Cumq; uiderint uel audiuerint, oppressorum gemitus & lachrymas, quibus opem suam ipsi negarunt, extimescāt, & illud Ecclesiastici animo subiiciant, Afflictorum lachrymæ deorsum quidem cadunt, sed sursum clamant contra eum, qui illas sibi expressit. Deus enim magnificat piorum oppressorum lachrymas et gemitus, Sicut scriptum est Psal. lviij. Gressus meos numeras, & lachrymas meas in utrem tuum colligis. Deus semper in pios defixos habet oculos, & aures suas precibus eorum benigne præbet. Psalmo xxxiiiij.

V.

Hic oriuntur duæ quæstiones, Vna, cur Textus dicat, Saulem occidisse Gabaonitas, cum tamē paulo infra diserte dicet, Saulem uoluisse Gabaonitas occidere zelo? Respondeo. Qui constituit hominem occidere, is etiā si nondum illi manus attulerit, tamen coram Deo est homicida, iuxta illud Christi: Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Et i. Ioan. iij. Omnis qui odit fratrem suum, homicida est. Deus enim intuetur cor & uoluntatem hominis. Et Præceptum: Non occides, non tantum iubet manus cohibere a cæde, uerum etiā prohibet iram & odium.

Altera quæstio est, Cur uoluerit Saul Gabaonitas occidere? Lyra ita respondet, Saulem uoluisse Gabaonitas, qui ciuitatem celebrem in Tribu Benjamin inhabitabant, de Regno Israel eijcere, fortasse ob hanc causam, quod dolebant Sacerdotes Domini ab ipso deletos esse, unde uictus & amictus illis paratus erat, propterea quod aquam & ligna ad cultus diuinos ministrabant, Iosua ix. Verum hanc cædem Saul sub prætextu p̄ij & sancti zeli perpetrare uoluit. Dicebat enim, nequaquam conuenire, ut Gabaonitæ extranei diuinis cultibus seruirent, sed hoc officium pertinere ad populum Israel. Nec recte fecisse Iosua & Principes Tribuum, quod Gabaonitas uelut impostores dimiserint incolumes. Licet igitur sibi, ut Regi potentia præstanti, illos e medio tollere.

Sic est ingenium hypocritarum, qui sub prætextu pietatis ac p̄ij zeli, horrenda committunt scelera et flagitia. Item non possunt conuiescere animo, donec non modo pios Doctores, uerum etiā illorum patronos & amicos e medio tulerint, Es seiñd giftige böse Wärme. Sicut in exemplis Papistarum & nostrorum hodie Hypocritarum conspicitur. Non enim contenti sunt exilio illo-

rum,

rum, qui eis aduersantur, uerum etiam omnes qui exultantium pi-
rum uicem dolent, & eis bene cupiunt, sedibus suis pellere studēt.
Plenæ sunt historiæ & quotidiana experientia exemplorum, que
recitare nimis longum & odiosum foret.

VI.

Hic iterum alia quæstio oritur, Recte ne fecerint Gabaonitæ,
quod posteros Saulis ad supplicium depoposcerint, Cum scri-
ptura sacra uindictam priuatam prohibeat? Respondeo. Non
dubium est, quin diuinitus per Prophetam admoniti fuerint hoc
facere. Si enim suo tantum arbitrio, & uindictæ studio, posteros
Saulis flagitassent ad necem, non cessasset fames, quæ cum sta-
tim, postquam septem filij Saulis in crucem acti sunt, cessauerit, si-
gnum est, uoluntatem & mandatum Dei fuisse, ut Gabaonitæ
eos raperent ad supplicium, atq; e medio, uelut pestes Reipublicæ
tollerent.

VII.

In Dauide egregium nobis exemplum proponitur, quod ad-
monet, ut iuramenta & fidem datam etiam mortuis amicis serue-
mus, Item ut inimicos nostros mortuos sepultura afficiamus. Gra-
uiter itaq; reprehendendi sunt, qui in hostes suos etiam mortuos
sæuiunt.

Porro ad hanc quæstionem, Num filij propter impiorum pa-
rentum delicta damnentur, breuiter respondebimus. Etsi enim
scriptura sacra testetur, filios propter delicta parentum plecti, ta-
men inde non potest colligi, eos propterea a facie Dei proiectos
esse. Deus cum dicit: Ego Dominus Deus fortis, uisitans iniquita-
tem Patrum in tertiam & quartam generationem &c. loquitur
tantum de pœnis corporalibus, quas dicit in omnem illorum po-
steritatem grassaturas esse, Sicut exemplum Saulis & permulta al-
ia ostendunt, pœnas parentum etiam natos luere. Verum hæ
pœnæ seu calamitates cum sint corporales, nō animæ liberorum,
cum sint pij, sed tantum corpori perniciem afferunt, suntque illis
exercitia fidei, que eos de horrendis parentum & maiorum pecca-
tis commonefaciunt, ne & ipsi similibus sese sceleribus polluant,
sed ut maiore cura et uigilantiâ insidias Diaboli obseruare & uita-
re discant, neq; ita stertant, securitate ebrij, sicut maiores ipsorū fue-
rūt. Ad hūc modū illæ pœnæ diuinitus illis irrogatæ, fiūt illis *dux*
maiorū, Probationes fidei, q̄ curā & diligentia discēdi uerbū, & in-
uocandi in eis acuant, & torporē illū carnis excutiāt. Sic illa dura
seruitus filiorū Israel in Aegypto, cū Pharao illos labore frangere
studebat, cessit eis in bonū et salutē. Quia hac ipsa seruitute et cala-
mitate de maiorū suorū peccatis, parricidijs, & fratricidijs admone

348 In cap. 21. lib. 2. Samuel.

bantur, Quod uidelicet, Simeon & Leui, suum innocentissimum fratrem Ioseph, odio accensi, scelerate uendiderant, & patrem suum grandævum Iacob mœrore & luctu necauerant. Horum inquam scelerum, tum in Aegypto Israelitæ tanto post interuallo, pœnas dare cogebantur. Sed quia non propterea a facie Dei proiecti erant, & a maioribus suis, uerbo Dei probe eruditi & instructi, equo animo has pœnas & calamitates sustinuerunt, ueluti castigationem Dei paternam, & haud dubie summa cura & diligentia liberos suos rexerunt, ac erudierunt in uis Domini, eisq; horribilem maiorum suorum lapsum sedulo inculcarunt, dicentes: Charissimi filij summopere caue te peccata. Videtis enim, quæ mala, quas calamitates, delicta maiorum nostrorum, posteris suis accersuerunt. Timete Deum, eumq; ardenti pectore inuocate, ne sinat uos ad eundem modum labi, ut maiores uestri lapsi sunt. Horum exempla parentes hodie imitentur, Hanc doctrinam concionatores sedulo & diligenter populo inculcent, ut securi & prophani homines, his horribilibus exemplis iræ Dei terrentur & frangantur, piæ uero & afflictæ mentes consolentur. Nam pius ac uerus Doctor utrisq; in concionando debet consulere, dulcissimas consolationes scripturarum afflictis & contritis mentibus accommodare, atroces uero comminationes induratis & ἀπληκῶσι peccatoribus inculcare.

VIII.

Postquam Dauid auxilio diuino seditiones domi uix tandem represserat, externi hostes ei bellum intulerunt. Sic uidemus sanctissimum uirum domi & foris semper afflictum & uexatum fuisse, In quo id discamus, eandem esse omnium piorum fortunam. Ut modo ab inimicis suis, modo a cognatis & uicinis persecutionem patiantur, ut intus & foris oppugnentur. Foris quidem ab improbis hominibus & hostibus Euangelij, Intus uero a Diabolo, qui ignitis suis telis corda eorum excarnificat, ita, ut malint quosuis cruciatus corporis experiri, quam internis pauoribus ita excruciar. Atq; hi demum uerius dicendi sunt Martyres, quam illi qui uarijs tormētis excruciantur, exuruntur, obtruncantur, strangulantur, lacerantur. Nam hi exiguo temporis spacio affliguntur, Illos autem longinqua morte conflictari oportet. Talis Martyr fuerunt Sancti Patriarchæ, Adam, Noë, Sem, Abraham, Isaac, Iacob, & multi alij, ut Dauid, Paulus Apostolus, Ioannes Euangelista, Athanasius, D. Lutherus. Item pientissimus ille Princeps Dux Ioannes Fridericus, Elector, quem perpetuo quinquentio oportuit singulis diebus & horis de uita dimicare, Hoc est, expectare securim, nec aliter affectum esse, atq; illum, cuius capiti ensis

Annotationes. 349

ensis serico filo appensus semper imminet. Eiusmodi Martyres in futuro seculo, singulari ornamento decorabuntur præ cæteris Martyribus, quorum corpora a tyrannis lacerata sunt.

Cæterum, in fine huius Capituli Lector admonendus de ordine bellorum, quæ hic commemorantur, uidelicet, Samuelem nõ seruasse ordinem temporis, in describendis bellis, sed nouissimum bellum quod Dauid gessit cum Philistæis, postremo loco posuisse. In quo propemodum occisus fuisset, nisi Abisai opem ei dimicanti cum Iesbidenob Gigante tulisset. Illud uero bellum, in quo confligit cum Goliath, hic uocat tertium quod gessit Dauid.

CAPVT XXII.

Lutheri
lib

HOc Caput Reuerend. uir D. Lutherus enarrauit. Ideo Enarrationem eius in hoc Caput inserui, atq; hoc Lectori gratius fore duxi, quam si ipse hoc Caput interpretatus fuisset. Vtinam in totum Samuelem Commentarius Lutheri extaret. Nec enim mihi dubium est, quin eadem copia, dexteritate ac felicitate hos libros Samuelis exposuisset, qua Genesim exposuit, et multiplicem doctrinam & consolationem in ea ^{ἐξήγησεν} tradidisset. Ipse enim uerus fuit Artifex interpretandi sacram Scripturam, eiusq; interpretationem accommodandi ad omnia tentationum & afflictionum genera. Ecclesia iam inde ab initio nõ habuit excellentiorem Doctorem, exceptis Prophetis & Apostolis (sed non omnibus tamẽ) Luthero. Nam ipse omnes Articulos doctrinæ Christianæ miranda, & prorsus diuina uerborum & sententiarum copia et uarietate tractauit. Quæ enim Paulus Apostolus breuiter, & quasi dialectice tradidit, hæc Lutherus rhetorice explicuit & amplificauit. Præterea doctrinam seu ^{ἐξήγησεν} suam accommodauit ad omnis generis afflictos & tentatos, Ita, ut nulla fere tentatio seu afflictio possit excogitari, cuius non Lutherus certum Remedium in sacris literis monstrauerit. Atq; hanc laudem cum nullo Scriptorum Ecclesiasticorum habet communem. Quocirca omnibus Theologiae studiosis autor & hortator esse non dubito, ut Lutheri scripta, nocturna uersent manu, uersentq; diurna, ut Horatii uerbis utar, & semper cum sacris literis Lectionem Lutheri cõiungant. Cæteri interpretes cum ueteres tũ recentiores in hoc elaborarũt, ut ueram & genuinam Scripturæ sententiam redderent (loquor de optimis) At Lutherus non modo germanam sententiam Scripturæ tradidit, uerumetiam Textum ordine enarrauit, uerborum ^{ἐμφανῶς} & pondera perpendit, & Lectori inculcauit. Et quamuis

m

350 In cap. 22. lib. 2. Samuel.

crebras digressiones faciat, tamen non nimis diu in illis commoratur, sed scit, quid sit satis, & mox ad Textum redit, aspergens subinde multas præclaras cogitationes, quæ mirificam gratiam et lucem suæ interpretationi addunt. Voco autem præclaras cogitationes, quas Paulus ἀποκαλύψεις nominat, cum in interpretando mihi aliquid in mentem uenit, quod alteri non item uenire in mentem potuisset.

Quia uero in hanc commemorationem ingressus sum, & Lutheri facta est mentio, ostendam breuiter, quomodo Theologiæ studiosi Lutherum imitentur, ut egregij Concionatores ac Theologi euadant. Sunt qui tantum uerborum copiam & παρρησίαν, quæ est in Luthero, student imitari, seque præclaros imitatores Lutheri esse arbitrantur, si quam maxime sint uerbosi, & orationis luxuriæ auditores imperitores teneant, & bonam concionis partem in taxandis Papistis consumant, sed cum eorum conciones neruis careant, non magno cum fructu docent. Hanc κακοζηλίαν νεόφυροι uehementer uident. Sed primum optima quæque scripta Lutheri assiduo legant, atq; relegant, sibi que crebra lectione quam familiarissima reddat. Deinde Germanica eius scripta, præcipue ἐξηγήτικὰ in Latinum sermonem conuertant, non omnia ad uerbum reddentes, sed ut sæpe unam atq; alteram periodum, una latina complectantur, seu ἀναφαστικῶς uertant. Dici enim non potest, quantam utilitatem hoc exercitium studioso Theologiæ allaturum sit. Nam primum hoc pacto stylum exercebit in optima materia. Deinde hoc exercitij genus formabit eius iudicium. Item optimarum rerum cognitionem ipse sibi parabit. Postremo altius omnia dicta Lutheri intropiciet, & tandem id consequetur, ut & dictio & dispositio eius Lutherana esse uideatur. Nec uero hoc sic uelim intelligi, quasi omne tempus in Lectione scriptorum Lutheri consumat, sed optimas horas in Lectione ac meditatione Sacrorum Bibliorum ponere debet, ut textum Scripturæ sacræ quam maxime familiarem sibi reddat. Adhæc succisuias horas, Lectioni ueterum ac recentiorum Scriptorum imperare debet, cum propter antiquitatis noticiam, tum propter alias causas. Hæc propter iuniores Theologos adijcienda duxi, quibus ego potissimum his meis lucubrationibus gratificari, & prodesse cupio.

PSALMVS

Psalmus 18. explicatus à Re=

VEREND. VIRO D. MARTI
NO LVTHERO.

DAS wirt freilich der letzte Psalm sein/den David gemacht hat /
sicut apparet ex libris Regum capite 22. quod fecerit eum pau-
lo ante quam moreretur, Er hat nie kein friede gehabt/ bis in den tode
hincin. Est igitur hæc generalis gratiarum actio, pro omnibus libe-
rationibus & periculis, præsertim quæ tempore Regni est passus
a Saul, Absolon, Philistinis, Syris &c. Ex multis igitur periculis
ereptus, Für die hat er vnserm Herr Gott gedanckt/ che er ist gestorben.
Potest quidem intelligi de Christo Psalmus, uerum ego puto o-
mnia rectius ad Dauidem referri posse. Allegoria tamen Chri-
stum significat.

DILIGAM TE DOMINE.

Est uerbum affectus, et significat tenerum illum amorem, *αγα-
πη*, qua parentes filios, & filij parentes diligunt. Dicit igitur, ha-
beo uiscerosum & filialem affectum in te. Sic confitetur summum
suum affectum, Das er einen lust an vnserm Herrn Gott habe gehabt/
Sentit enim innumerabilia esse eius beneficia. Ex hoc exuberanti
affectu, congeries quæ sequitur enata est, & mirabilis copia He-
braici sermonis.

FORTITVDO MEA.

Fatetur non suis uiribus & consilijs fecisse, quicquid fecit, sed
solum uirtute diuina, sicut Petrus dicit, Si quis ministrat, mini-
stret tanquam ex uirtute diuina. Significat nomen illam fortitudi-
nem, qua sumus ualidi.

PETRA MEA, ET ARX MEA.

Das seind vor zeiten die besten Presidia gewesen/ ein fest Schloß auff
einem Fels. Vocat igitur Deum, Petram & Arcem, quo ad tutelã.
Ich bin allwege bis hieher sicher gewesen / vnd habe dennoch kein ander
Maur/Schloß/Festen/vmb mich gehabt/denn meinen Gott. Sunt uer-
ba probatissimæ fidei, quæ dant testimonium suæ experientiaë,
quod Deus per uerbum suum est fortitudo, petra, arx nostra. Per
ipsum igitur possumus, quod possumus, per ipsum quoq; tuti su-
mus contra omnes portas inferorum.

LIBBRATOR MEVS.

Qui fecit me superstitem, etiam si peream: multa mala circum-
dederant me, Ich bin allwege erhalten worden, alijs pereuntibus.
Est de periculis: Semper fui tutus, quia tu Petra mea. Quod si pe-
riculum aliquod incidi, ut multi circũ me perierint, semper tamẽ
m ij

352 In cap. 22. lib. 2. Samuel.

seruatus sum. Sic nunc ruunt in nos Pontifices & Schwermerij, nos tamen sumus in Petra, Christo, da siken vnd trocken wir auff, Etiam si alij in hæreses cadant, nos tamen seruamur.

DEVS MEVS.

A quo omnia bona suscipimus, spiritualia & corporalia, consolationes, & quæcunq; alia.

ADIVTOR MEVS.

Zu einer Fest/Hort/Trost/Tros/darauff ich boche/ In quo superbio, & sum animosus. Nos plærunque uertimus, Fiducia mea. Hinc Tyri quoq; Zur dicitur, Ein Feste/ contra omnes impulsus, Sic Deum appellat.

IN QVO CONFIDO.

Hic quid Zur sit, exponit, Ein tros/ da man sich auff verlese/ Subindicat autem Antithesin, Quasi dicat, Alij habeant suos Zurim, sicut Mose in Cantico, non Petra ipsorum, sicut Petra nostra.

CLYPVS MEVS.

Mein Harnisch vnd Wehre/ damit ich mich vertheding im streit.

CORNU SALVTIS MEAE.

Potestas mearum uictoriarum. Cornu enim significat Regnum, potestatem, Quasi dicat, non est mea potestas, sed Deus ipse est cornu, omnes meæ uictoriæ, seind alle vnser Herr Gottes werck.

PROTECTOR MEVS:

Du hast mich auch dabey behalten/ contra insidias & seditionem Absolon, vnd der andern Duben/ Non possumus hæc assequi, tanto affectu, quo ipse dixit.

LAUDANDO, INVOCANDO DOMINVM:

Das ist die kunst/ wenn man sich Gottes rhümet. Est autem Antithesis, Quasi dicat, Nemo rhümet sich selbo. Nemo gloriatur de sua fortitudine & sapientia, Wer da will erretet werden/ der halt nur nicht auff seine weißheit/ rhümet sich nichts/ dann seines Herrns/ auff denselben troste er/ Sicut ego, gloriando de Deo, inuoco eum.

ET SALVVS ERO AB INIMICIS MEIS.

Si non uis succumbere, glorieris de Domino. Est igitur hæc piorum ars, quod sciunt, si uolunt seruari, ut glorientur de Domino, vnd trösten sich vnser Herr Gottes, sic uincunt. In duobus sequentibus Versibus proponit fere tentationes & pericula sua.

CIRCVDDEDERVNT ME FVNES MORTIS.

Ich bin oft gewesen in Todts nöten/ ich bin verstrickt vnd gefangen gewesen/ in mörte. Sicut eum pugnaret contra Leonem, cōtra Goliath, contra Saul, contra alios hostes in acie. Sic sapiissime est uer-

latua

fatus in medijs periculis mortis. Dicit Funes. Es hetten mich schon
 vmbbringet/es war kein retten mehr da/denn Petra mea.

TORRENTES BELIAL.

Putant nomen hoc factum a Bal, Nichts/& Ioal, Nuss/Quasi,
 Ein unnütz Kind. Hinc sic denominauerunt Satanam. Ego autem
 puto esse generale nomen, sicut Leviathan, quod generale no-
 men est Draconum in mari. Sic Torrentes Belial, id est, Malo-
 rum hominum, Das es heisse alles was schedlich ist/ Atq; allegorice,
 tentationes significant.

Gurgites seu Torrentes scind die grossen impetus Principum et
 populorum, qui impetu irruunt, wie die grossen Ström thun/Quasi
 dicat/Es waren grosse Vella/grosse hauffen Leute/Et quidem torren-
 tes Belial, die mich verderben wolten/ Illi perterruerunt me, Sie ha-
 ben mich offte erschreckt/das ich bald verzagt hette / Caro & sanguis
 regte sich/ sed cornu salutis hat mich dennoch allwege erhalten.

FVNES INFERNI CIRCVDDEDERVNT ME.

Sicut supra, Funes mortis, Sic Paulus, Responsum Mortis, in
 nobis ipsis, habeamus, Ich dachte nicht anders/deñ ich müste herunter.

LAQVEI MORTIS PRAEVALVERVNT MIHI.

Supra significat uim, hic significat dolum. Vis cum Goliath et
 Philistinis, dolum cum Saul, Absolon. Das er schier verraten vñ ver-
 kauffte were/Es waren strick/wie man den Vöglen vñ dem Wilde leget/
 Sum passus pericula, tam ui quam dolo, sum petitus uiolentia &
 fraude, usq; ad mortem, & sic, ut etiam sepe preualuerint, Das ich
 gedacht hab/ich muß bleiben/sic est tentatus. Tentationem igitur pro-
 batio, probationem spes quoq; excepit, Diese Leut können darnach
 andere recht leren/vñ dauon reden, Sic tentauit hucusq; propositio-
 nem, se uelle Deo gratias agere, Der jm so offte hat gehulffen. Iam
 narrationem subiicit.

IN TRIBVLATIONE MEA INVOCO.

Proponit suum exemplū. Ego saepe fui in tribulationibus, sed
 habeo remediū, scilicet inuocationem, Sonst ist kein trost nicht. Spe-
 rare in hominem, das thut nichts/ sed sperare in Deum. Est aut im-
 possibile, in tribulatione sine Spiritu sancto inuocare Deum. Sic
 enim cor obijcit: iste Deus, quem tu inuocare uis, est tibi iratus, &
 fecit hæc tibi, te sic affligit, Vñ dennoch muß es sein/Es gilt nicht flie-
 hen für dem der dich schlecht/sondern sich nur schlechtes frey in spieß vñ
 stich geben/so zeucht er hinder sich.

EXAUDIET:

Das ist eitel Fides, quod aliquis sic orat, ut post orationē certus
 sit, se esse exauditum, vñ ist wol als ein grosse kunst / als das erste / das



354 Incap. 22. lib. 2. Samuel.

einer darff zu ein zornigen bitten / vnd darnach auffß gebet kan Amen sagen.

DE TEMPLO SVO.

Sie binden vnsern Herrn Gott immer an den Tempel / & tamen addunt, quod sit in caelo. In caelo aber können sie in nicht ergreifen / deß an dem ort / da er sich hin gebunden hat / Man muß in nur suchen / dahin er sich selbs gesetzt hat / sonst findt man in nicht / das man in nur in verbo suo suche / Ideo semper addunt, in Templo suo.

Est igitur hoc argumentum Psalmi, In periculis fui, vnd bin heraus komen / per orationem, So thut jr im auch / hoc est, in tribulatione clamate ad Dominum, iam addit exemplum.

COMMOTA ET CONCVSSA.

Huc usque propoluit, quomodo fuerit in periculis mortis, & sit seruatus. Est autem moris apud illam gentem, quod alte soleant repetere præteritas historias, Sicut in Psal. Exurgat Deus. Sic semper repetunt illud miraculum, quomodo seruati sint in exitu Aegypti. Sic Iudith, Abacuc, Esaias, & Amos Prophetæ commendant Deum de isto facto, quod tum populum eripuerit. Et est generale exemplum pro omnibus pijs liberandis, & impijs perendis. Sic adhuc seruat pios, impios autem perdit, sicut Pharaonem.

COMMOTA.

Historia est Exodi xviii. Estq; descriptio tempestatis, qua Aegyptij sunt perdit. Da sahe man blis vnd donner / das sie meineten / es wurde alles vntergehn. Sic Sennaherib quoq; perijt, Er bebete / Sicut fit, cum tonat, Also gehet (inquit) cum impijs vmb.

FVNDAMENTA MONTIVM.

In radicibus montium, inquit, hat man das beben gehöret / Berge vnd thal ist dauon erschrocken / da er zornig ware. Satis diu tolerat impios, Aber wenn er hinder sie kompt / so gehts vber vnd vber.

ASCENDIT FVMVS.

Est descriptio tonitruui per Protopopceiam. Sicut Germani dicunt, Vnser Herr Gott spewet Fewr.

IGNIS EX ORE EIVS.

Sein Fewr verzereet / Carbones sunt succensi, Er hat ein warhafftig Fewr gemacht / das brennet wie Kolen / Inter aquas & pluuias tamen ardet, & urit sicut carbo.

INCLINAVIT COELOS.

Propositio. Quali dicat, In illa tempestate adest Deus, Wenns helle am Himmel ist / so ist das Gewülck hohe / wenn aber ein Wetter ist / so dunckt einen / es stosse an das dach / Denn spricht er / ist vnser Herr Gott nahend / das ist ja einfeltig vnd kindisch von einem Wetter geredt / wie die Kinder dauon reden / In einem Wetter macht vnser Herr Gott den

den Himmel niedrig/ vnd kompt nahend/ Doch gleichwol kan man in den Wolcken nicht sehen/ Caligo sub pedibus eius. Sicut cum tonat, sole mus pueris dicere/ Höre vnser Herr Gott zürnet.

ASCENDIT SVPER CHERVBIN.

Cherubin in scriptura sunt duo Angeli mit Flügeln. Hic autem uentos Cherubin uocat, & nubes, Denn die Wolcken fliegen hinweg wie die vogel/ die seind auch vnser Herr Gottes flügel.

VOLAVIT SVPER ALAS.

Das uentis alas. Porro omnis tempestas fit cum uento, deinde miscetur tonitrua, pluuia, fulgura, fulmina, sulphur, fumus, dampff. Iam amplius describit, quod Deus sit praesens in illis tempestatibus, Wenn er sich an seinen feinden will rechen.

POSUIT TENEBRAS ABSCONDITVM SVVM.

Er sitzt droben, inquit, vnd ist vmb in her gar finster. Habet mirabilem arcem, & mirabiles muros, Finster dicke vñ wasserige Wolcken/ das ist sein Schloß, & absconditum, Ist nicht von steinen oder brettern gemacht/ sondern allein auß Wolcken/ da sitzt er/ wer will in thun? Der kan ein Schloß bawen/ das man vnerstiegen vnd vngeschossen muß lassen/ Aber er kan herauß schießen wider seine feinde/ das Himmel vnd Erden erzittert.

PRAE FVLGORE, IN CONSPECTV EIVS, NUBES TRANSEVNT.

Est descriptio fulguris/ des blitzes/ wenn er will/ so reißt er die Wolckenenswey/ vnd wirfft einblitz herauß. Nubes non possunt prohibere splendorem illum. Er reißt hindurch mit einem Blitz/ als were kein Wolcke nicht da. Sicut uidemus, quod quasi totum operitur, cum fulgurat, & nubes fit, sicut carbo ardens. Inde haec descriptio est sumpta.

GRANDO ET CARBONES IGNIS.

Carbones significant flammam ardentem. Significat autem illud quod in Exodo est scriptum de Angelo, posuit se tanquam in igne.

ET INTONAVIT IN COELIS DOMINVS.

Tonitru uocem Dei uocant. Sicut Poeta fabulantur de Ioue congresso cum Semele. Et Iob: Locutus est Dominus in turbine, Wenn er redet/ so blizt vnd donnetts, Sicut in monte Sinai fecit.

ET MISIT SAGITTAS SVAS.

Iam applicat historiam, Das Wetter ward dahin gericht/ das er seine feinde zuschöffe.

FVLGURA MVLTIPlicAVIT.

Id est, Er ließ sehr blitzen/ vnd jagte sie/ damit/ das sie in das Rote Meer lieffen.

ET APPARVERVNT.

356 In cap. 22. lib. 2. Samuel.

Es gieng von oben vnd von vnten gewesser zu/Aperuit Deus cata-
ractas caeli, percussit eos tempestate, & submersit aqua.

TORRENTES.

Auß den grossen Wettern kompt ein Gewesser.

ET REVELATA SVNT FVNDAMEN-
TA ORBIS TERRAE.

Es lieff das Wasser auß der Erden herauß, Sicut nunc puto Vuite
bergæ fieri, cum sic excrefcit Albis, & tamen non declinat.

AB INCREPATIONE.

Tonitru appellat increpationem, vnser Herr Gott murret ein we-
nig/wenn es donnert.

A FLATV SPIRITVS IRAE TVAE.

Ab anhelitu spirante ex nare tua. Est similitudo sumpta ab ho-
minum naribus, wenn er zürnet/so murret er vnd schnaubet/das ist a-
ber das beste/in hac tempestatē descriptione, quod tempestatē pro-
prie Deo tribuit. Quanquam enim Diabolus, & boni quoq; An-
geli tempestates excitare possint, tamen Deus temperat, & permit-
tit eis, quantum vult, Gleichwol thuts sein schnauben. Hæc est digres-
sio & exemplum. Iam post illam uictoriam contra Pharaonem,
recitat etiam suas uictorias, quibus eum Deus liberauit.

MISIT DE EXCELSO, ACCEPIT ME.

Hic incipit applicare superiorem descriptionem ad suam legen-
dam. Quali dicat, sicut filios Israel seruauit Deus, sic etiã ego sum
seruatus, misit illis de caelo Mosen, sic etiam ad me misit, siue An-
gelos suos, siue aliud auxilium, & eripuit me ex aquis, id est, tenta-
tionibus. Vocabulum, misit, refertur ad factum, Er hat etwas auß-
geschickt/sicut in alio Psalmo, nempe cvij. Misit uerbum suum. Scri-
ptura tribuit Deo auxilium, quod nos non meruimus, Er muß zu
vns komen/wir können nicht zu jm komen/denn per orationem, quia
er ist vns zu hoch droben.

TRAXIT ME DE AQVIS MVLTI.

Alludit ad nomen Moysis. Significat enim Moyses tractū, idq;
ideo nomen habet, quia a filia Pharaonis e flumine sit extractus.
Quali dicat, Sum ego quoq; factus quidam Moyses, & tractus ex
aquis multis. Huc usq; in genere pericula sua proposuit, iam in
specie ea enumerabit.

ERIPVIT ME AB INIMICIS MEIS FOR-
TISSIMIS.

Incipit commemorationem suorum periculorū a Saule, eamq;
duodecim sequētibus uersibus absoluit. Grauius multa est a Sau-
le passus. Is enim & ui Dauidem est persecutus, & simul in ma-
gnam infamiam eum coniecit. Nam crimen impietatis &
affectati

Annotationes. 357

affectati Regni ei obiecit, Er mußte seditiosus heißen, & impius in Deum, Das ist sein erste persecutio. Quidam tamen de Goliath hunc uersum accipiunt, uerum ego de Saule intelligo.

ET AB ODIIO HABENTIBVS ME.

Ab ijs qui me odio habebant, propter uerbum tuum, Ego enim uerbo diuino ad Regnum uocatus sum.

QVONIAM MULTPLICATI SVNT:

Sie wurden mir viel zu mechtig/ich mußte fliehen.

PRAEVENERVNT ME IN DIE.

Da es mir so vbel gieng / solten sie ein mitleiden mit mir gehabt haben/Sed tum maxime praualuerunt, das theten die Zyphei & alij, die zu Hofe waren/ vnd hetten im wol seine sache können besser machen/ vnd machtens nur erger/Sic nulla calamitas sola, pro uno hoste, centum cooriuntur.

FVIT DOMINVS REFVGIVM MEVM.

Sæpius enim & mirabiliter de manu Saulis eum liberauit.

QVONIAM DILEXIT ME.

Sunt uerba fidei, Est maxima consolatio, si quis potest sentire ita in tentatione. Vade autem scit hoc, quod iactat? Nimirum ex uerbis Samuelis, qui dixit: Dominus sumpsit te in Regem populi sui, Auff diese wort hat er alle seinen trost gesetzt vnd gesagt/Etiam si me experientia & aduersa fortuna exercent, & turbet, tamen est uerbum & mandatum Dei, quod sum Rex: etiam si uarijs malis affligerer, dennoch hielt ichs immer darfür, quod me amaret, sicut promissit. Hæc de ui & persecutione, iã etiã de criminibus & infamia. Er hat mir nicht allein mein Leben gefrist vnd erhalten/ er hat mir auch meine ehre wider geben.

RETRIBVET MIHI DOMINVS, SECVNDVM IVSTICIAM MEAM.

Sicut ex septimo quoque Psalmo apparet, grauissima tentatio Dauid fuit, quod accusarunt eum, tanquam seditiosum, sicut ille dicebat, Increuerunt serui, qui fugiunt dominos suos, Solche wort ihun auß der massen wehe/ Gott hab lob / dicit / es ist an tag kommen/ Deus uidit me iustum esse, non sum furatus, neq; ui occupauit Regnum, sed Deus illud mihi dedit. Est magna erectio & consolatio conscientie, quæ non sic est intelligenda, Als pochet er mit vnserm Herr Gott/ da gils nicht poehens/ sondern sprechen/ Dimitte nobis debita nostra: apud homines tamen, haben wir den Trost/ ut dicamus, Das hat Gott gesagt / vnd gefellet im/ Ist ein mangel an mir/ das ichs nicht außrichte/ wie ich solt/ ligt nicht dran/ Mandatum & Verbum Dei est nichts desto weniger war/ Sic nos quoque gloriari possumus contra Schwermerios, das wir recht haben/ Licet infirma sit fides, Dennoch ist es nicht ein vnrechter Glaube / das Ampt vnd die sache

385 Incap. 22. lib. 2. Samuel.

muß man preisen/nicht als vor vnser Person, sed propter uerbum. Sic quoq; cum me uehementiorem esse dicunt, quam conueniat, dicere possum, manus meæ mundæ sunt, Da sihet man sein / das dem David persecutionis Spiritus mehr plage hat angelegt/quam Carnis, den Leib plagen ist corporale, sed conscientiam plagen/da man einem das Verbum, Fidem, Deum will nemen/das ist gar vnleidlich.

QVIA CVSTODIVI VIAS DOMINI.

Ich habe ja nicht vnrecht gethan/ Ich habe mich seiner Wort gehalten/ich habts nicht auß eigenem freuel angehaben/bin bey dem Wort bli- ben/vnd darob gelitten/was ich leiden solt/ Non uolui impie agere, darüber habe ich auch müssen leiden.

NEC IMPIE EGI A DEO MEO.

Non impiaui a Deo per impietatem & incredulitatem. Alius quispiam fractus calamitatibus dixisset, Sol ich dann nicht König sein/so will ichs nicht sein/aber ich habts nicht gethan/Sed simpliciter, sicut mandauit mihi Deus, ita feci.

QVONIAM OMNIA IVDICIA EIVS IN CONSPECTV MEO.

Das ist pugna mea gewesen / ich habe mich geflissen in deinen geboten/Also treibet einen ein Præceptum in die andern alle. Quali dicat/ Sie wollen mich immer vberreden/ac si fecerim contra Deum & Regem, accusant me seditiosum, Verum ego scio me seruasle omnia mandata, nec in ullo mandato, contra eos, me peccasle.

ET STATVTA EIVS NON AVFERAM A ME

Est nomen quod supra Psalmo xx. significat ordinationem, Ein Weis. Mandat se coli Deus, & nullo alio loco, nisi in Hierusalem, das habe ich allweg gethan/Non sum obsecutus illis, qui dicunt mihi, Vade in gentes, & serui dñs alienis, sicut queritur in libro Regum.

FVI INTEGRO CVM EO.

Cum, id est, apud, Ich bin vnstrefflich one wandel für im gewesen/ non quod nullum sit peccatum in eo, sed quod non abiecerit uerbum. Fides enim per se semper est infirma, Aber damit wirt es erhalten/Quod non est falsa fides, Schwach bleibt er wol/ ist aber dennoch recht/die andern fehle gehören in das Pater noster.

ET CVSTODIAR A DELICTO MEO.

Ich habe mich bewaret/das ich nicht mishandele.

ET REDDET MIHI DOMINVS.

Repetit priorem uersum, nisi quod hic addit, in conspectu eius, Es ligt im viel an der tentatio fidei & conscientia, das man in von dem Wort will stossen / denn die Leute können so viel persuasiones/ das

Das sie einen gar irre machen. Sic enim argumētatur: Scilicet Saul diuinitus ordinatus Rex est. Ergo contra Deum, eiusque ordinationem David peccat, qui uult occupare Regnum. Deus enim, nec uerbum, nec ordinationem suam mutat, da seind sie auffgestanden/wie unsere Sophisten jetzt/wenn sie einen Spruch de bonis operibus haben. David septem annis fuit Rex in Hebron, Iudæ Regno, da es immer musste das opprobrium hören/Est seditiosus & reprobus. De illo Regno Iudæ supra dixit, Retribuet. Hic autem addit in conspectu eius. Quali dicat, in Hebron, non eram in conspectu Domini iam autem cum Regnum Israel quoque acceperim, coram templo Dei, in Hierusalem, in conspectu Dei, Rex sedet.

CVM SANCTO, SANCTVS ERIS.

Sunt optimæ sententiæ, Wie wir seind/also ist unser Herr Gott auch. Si nos sumus immundi, Deus quoque est immundus, Sic, die Schwärmer/Eck/Kochlöffel/und das Gesindlin/haben unsern Herrn Gott für nichts/quia sie seind auch dreck/Wan sie das Verbum Dei hören/sprechen sie/es sey des Teuffels/Quia sie seind auch des Teuffels. Nemo igitur de Deo recte sentit infidelis. Dicit igitur, apud Sanctos, Sanctus es, Saul und sein Hauff hielten dich für Kaser/Auffrührer/Aber apud me warestu Sanctus, omnia opera tua hielt ich für Sancta.

CVM INTEGRO, INTEGER ERIS.

Es ist kein wandel an dir. Contra apud corruptos, nihil est te corruptius, da stinck nichts oblers denn du, Id maxime cernitur in uerbo. Nostrum uerbum est diuina uirtus, & tamen ipsi nullum maiorem foetorem esse putant. Apud Sanctos igitur sunt integerrimæ opiniones de Deo, apud illos corruptissimæ & peruerlissimæ, culpa est non uerbi, sed corruptorum hominum.

CVM MVNDIS, MVNDVS ERIS.

Die reine Augen haben/die sehen das du auch reine bist/ Hoc pulchre cernitur in uerbo, quia sine uerbo nō potest cognosci Deus. Verbum igitur est sanctum, integrum & purissimum. Hoc nos uidimus, Bey inen aber ist ein vnäuffer.

CVM PERVERSO, PERVERSVS ERIS.

Wie sie verkeret seind/also bistu auch verkeret/Sunt peruerli, ideo te quoque peruertunt, non es sanctus, sed prophanus, non integer, sed corruptus, non purus, sed impurus, Quia ipsi sunt prophani, corrupti, impuri. Tales enim habent opiniones, hoc fit quoque intentione. Das wir mit unserm Herr Gott verkeret müssen sein/Sic Papistæ me uocant peruersum hominem, non meo uitio, sed ipsorum, Quia ipsi sunt peruerli. Cum Textus dicit, cum peruerso peruerteris. Deus non peruertitur, si ipsi non peruertuntur. Aber wie sie seind/also muß er hinach.

360 In cap. 22. lib. 2. Samuel.

QVONIAM TV POPVLVM HVMILEM
(id est, pauperem) SALVVM FACIES.

Die prophani, corrupti vnd impuri mit dir müssen sein / das ist
das Volk dem du hilffst.

OCVLOS SVBLIMES HVMILIABIS.

Hæc est causa, cur ipsi sint prophani & peruersi, Quia Sie hat
ten viel von sich / das ist causa omnium hæresium. Initium aposta-
tandi, inquit sapiens, est superbia. Et Augustinus: Mater omni-
um hæresium est uana gloria. Sic Cinglius, Bucerus nouum do-
gma spargunt in uulgus, quia Sie wolten gern ober vns sein. Ipsi a
nobis didicerunt ueram doctrinam. Debebant igitur merito nos
audire, sed neque ipsi hoc faciunt, neque nos postulamus etiam,
Wir wolten gern neben vns gehn / Predigen vnd leren lassen / aber sie
thuns nicht / sie wolten gern die fâdersten sein. Est omnino periculosa
superbia in spiritualibus, Man soll nur an dem lernen / das wir vnsers
Herrgotts hülff suchen / vnd Gott die Ehre geben / vnd sagen / Herr / ob
ich gleich die ganze Schrifft kan / Potest tamen uenire tentatio, ut
ne uerbum, ne sententiam quidem scripturæ sciam, sicut mihi sæ-
pe accidit: sed ipsi nõ faciunt. Nam in paroxysmo tentationis, nõ
sine magna lucta & sudore, uerbum Dei possumus apprehende-
re. Hinc illa crebra uota, & gemitus Prophetæ in Psalmis, ut Do-
minus efficiat, ut possit in tentationibus uerbum suum appren-
dere, & sibi probe inculcare, ut Psalmo cxix. Reuela oculos meos,
ut considerem mirabilia in Lege tua. Item: Ne abscondas a me
mandata tua. Es ist grosse kunst / das Wort Gottes ergreifen / vnd fest
daran halten / wenn die wasserwogen ober vns gehn.

QVONIAM TV ILLVMINABIS LVCER-
NAM MEAM.

Est Hebraismus, Rex est lucerna in populo. Quia est ordina-
tus diuino uerbo, & Deus per Reges regit, & si faciunt officium
suum Reges, qui illis obtemperat, Deo obtemperat. Sic pater fami-
lias in sua domo lucerna est. Dicit igitur, Ich war gar verloschen /
tempore Saul, sed nunc illuminasti lucernam, Dein Wort ist auff-
komen / da können sich die Leute nach richten / Du leuchtet wider mein Re-
gnum. Huc usq; de Saule dixit, quem primum & grauissimum
hostem habuit.

QVONIAM IN TE CONTERAM AC-
CINCTOS.

Geduth significat ein Kriegsmann. Ahad, ein Man der da gerüst ist.
Potest autem uel in nominatiuo uel in accusatiuo accipi, Curram
accinctus, uel conteram accinctos. Iam uenit ad bella externa. Post
Saulem enim habuit bella cum Ammon, cum utrisq; Syris, Me-
sopotamia

Topotamia &c. Item cum Philistinis. Illos uicisse se dicit, in Deo, non in gladio suo, uiribus suis, sapientia sua. Quasi dicat, Die andern seind gerüst. Hi in curribus, & hi in equis, fidentes multitudi- ni & armis, Ego non armatus, neq; confido in armis, sed in te con- fido, contra illos, qui non habent te. Sic nunc Turca, Papa, & ho- stes Euangelij sunt armati, Wir aber seind arme Leute, Et tamen dicit Psalmus, quod illi conterentur a nobis in Deo.

IN DEO MEO TRANSGREDIAR MV- RVM.

In Deo meo stosse ich alle Mauren vmb / die da seind in Phittista / Syris & Ammonitis, id est, uici populos, & cepi urbes, Land vnd Leute habe ich gewonnen / Potest per Metathesin esse מִרְמָה, id est, er- rugo, uexilla in muris.

DEVS MEVS, IMMACVLATA VIA EIVS.

Quomodo hæc ad propositum? Opponit suum Deum, om- nium aliorum Dñs, gloriol de magnis uictorijs. An igitur illi o- mnino, sine Dñs fuerunt? quos uicisti? An non & illi suos Deos habuerunt? Sicut Rapsaces apud Esaiam, Vbi est Harpat? Respon- dit igitur, habent illi quoq; suos Deos, Ego autem alium Deum habeo. Deus meus est uerus Deus, ipsi in nihili Deos confidunt, illorum Dñ tantum habent p̄sidia rerum, ut Philistinorum De- us uocatur Dagon, id est, frumentum. Isti sunt Dñ immundi, qui non adiuuant confidentes in se, sed meus Deus habet uiam imma- culatam, Sein cultus, Religio, pietas, est integra, & eloquia eius sunt sublimata igni, habeo Deum, cuius Religio & Verbum ist recht schaffen / darumb kan ichs auch außrichten / das ich rhume.

ELOQVIA DOMINI SVBLIMATA.

Regit nos per Verbum. Habemus eloquia eius purissima, Es ist nulla corruptio / kein mangel / kein feil nicht an jm.

CLYPEVS IPSE OMNIBVS CONFIDEN- TIBVS IN IPSVM.

Potest referri, & ad Deum, & ad uerbum. Ego tamen malo re- ferre ad uerbum, ut sit commendatio uerbi, qualis illa est Prouer- biorum x. Omnis sermo Dei, ignitum scutum, id est, Lauter vnd gewis / hat kein zusatz / es darff sich einer fechtlichen drauff verlassen / das es rein ist / Et est quoque clypeus. Imus ergo in prælium. Vos estis potentiores in curribus, & in equis, nos autem in nomine Domi- ni Dei nostri. Sumus muniti uerbo, quod est clypeus, est fidele, non mixtum, non fallificatum. Hoc clypeo Goliath quoque fudit Dauid. Habemus igitur unam armaturam, & Verbum, & pro- missions diuinas, quas non habent aliæ gentes. Sic fatetur suas ui- ctorias, non suas, sed Dei fuisse.

362 In cap. 22. lib. 2. Samuel.

QVONIAM QVIS DEVS, PRAETER
DOMINVS?

Hic contra aliorum Deos insurgit: Date mihi talem Deum ex
uestris, sed non est alius Deus, praeter hunc, quem hic in templo
colimus. Est confirmatio superioris, Nullus Sanctus in mundo
confidit in suo Deo. Sic nobiles in seditione erant desperatissimi,
quia sic erat Deus eorum, Rursus nunc superbissimi. Quis est
Zur, praeter Deum nostrum? Est manifesta Antithesis, noster
Deus est Zur, Ein hort darauff man trocken kan, Alij Diij sunt ligna
& Laruae. Sic der Papisten Gott ist Mammon / H. G. ist der Bischof-
fen Gott / vnd jr oberster Gott ist der Keyser / der sols gar thun / das heisse
denn / confidere in homines, non Deum habere.

DEVS, QVI PRAECINXIT ME VIRTU-
TE, VIRTUTE BELLI,

Id est, exercitu, Sic nos dicimus, Der Türck ist mit grosser macht
vor Wien gelegen / id est / mit einem grossen Heer. Est autem figura. De
us enim praecinxit Reges Baltheo, id est, Das sie ein gefasstes Boltz
vmb sie haben / Baltheus enim est obsequentia populi. Tunc autem
punit Deus Reges, cum soluit baltheum, id est, excitat seditiones,
& discordias. Sicut nunc in Germania, Sic hic dicit, Ich hab mein
Boltz fein vmb mich her gehabt / das gab vnser Herr Gott / Es steht nicht
in nostris uiribus, retinere subditos in officio: potentia & sapien-
tia nihil ad eam rem faciunt, Gott muß das Herr geben / vnd muß also
in einander hangen / vnd zulezt dennoch Victoriam darzu ge-
ben.

ET POSVIT IMMACVLATAM VIAM
MEAM.

One wandel / Semper hoc iactat, quod Deus custodierit, ne
polluerit uias suas, Nunquam enim fudit sanguinem ex libidine,
sed quicquid fecit, fecit ex officio, Er sichte fein oblique omnes a-
lios bellatores, qui gerunt bella ex libidine, & sicut uiri sangui-
num, se autem pugnare dicit, quia Deus iusserit. Fuisse enim
eam uiam immaculatam, sicut dicitur: Tu pralearis praelia Do-
mini.

POSVIT PEDES MEOS, TANQVAM
CERVORVM.

Ein Hirs laufft ober Berg vnd Thal / Comparat igitur successum
belli, cursui ceruorum. Quali dicat, Es gieng mir schleunig von
der Handt / es war vnser Herr Gottes werck / der gab mir so schleunige
Victorias.

ET SVPER EXCELSA MEA STATVIT
ME.

Currunt

Annotationes. 363

Currunt in excellis montium Cerui, sic ego in meis montibus, id est, populis, Ich lieff vber die Stedte/ vber die grossen Hansen vnd Gewaltigen/wie ein Hirsch.

QVI DOCET MANVS MEAS AD PRÆLIA.

Est repetitio, Er lere mich/wie ich kriegen solt/ Dirigit manum meam. Est confessio sue nihilitudinis, & potentie Dei. Vnser Herr Gott füret das Schwerdt. Brachia sunt capitanei Regis, Sicut in Daniele, brachia sensu non subsistent, id est, duces Aegypti.

DEXTERA TVA CONFIRMASTI.

Fatetur, Das er offte sey müde worden / aber Gott hat jimmer außgeholfen.

HVMILIATIONE TVA MVLTIPlicasti ME.

Du hast mich in manches periculum gesteckt/ als mit dem Absolon/ (hic transit ad domestica bella) hast mich sehr geplaget/ bin aber dadurch groß worden/ Das muß man mercken/ das vnser Herr Gott einen vor klein macht/ eh er einen groß macht. Hoc se David quoque expercum dicit, Du liessst mich ein stücklein sehen durch den Absolon/ Ibi vere humiliabar. Sic tamen factum est, ut me multiplicaueris, Sie wolten sich darnach nur vmb in zureissen/ Juda vnd Israel/ ein jeglichs wolt in ganz haben.

DILATASTI MEVM GRESSVM SVB TVS ME.

Quod superiore uersu ab externis bellis ad ciuilia cum Absolon transierit. Quasi dicat, Hic, Meine beste Rätthe waren von mir abgefallen/ & sequebantur Absolon, das ich nirgends hin wusse! Aber du hast mir raum gemacht/ id est, seruasti in Regno.

VT NON LABERENTVR TALI MEI.

Vt administratio Regni mei (quæ est cursus & incessus meus) non corrueret.

PERSEQVAR INIMICOS MEOS.

Omnia adhuc sunt intelligenda de ciuilibus bellis, de populo Iudæorum, deq; Regno Israel.

COMPREHENDAM ILLOS.

Hoc accidit in saltu Ephraim, ubi occisus est Absolon.

NON CONVERTENTVR, DONEC CONSUMAM ILLOS.

Er drucket nach/ das im Israel musse zu Fusse fallen/ vnd sagen/ Os nostrum & caro nostra es.

SVPPLANTASTI INSVRGENTES CONTRA ME.

364 Incap. 22. lib. 2. Samuel.

Id est, seditiosos, sicut Seba, & Abela, lib. ij. cap. xx.

ODIO HABENTES ME.

Vastasti meos osores, Dicit autem hoc de suis ciuibus. Hæc est enim gratitudo mundi, quam habet, & reddit bonis Regibus.

CLAMABVNT.

Hic uides eum loqui de ijs, qui eundem Deum habebant, sed Dominus, inquit, non agnoscit eos pro suo populo.

COMMINVAM EOS.

Quia Deus non adest eis.

VELVT LVTVM PLATEARVM ABICIAM EOS.

Qui uolebant esse fundamenta & gemmæ terræ, Die hab ich dahin bracht/das sie da ligen/wie der kot auff der gassen/in summa ignominia. Iudæorum populus admodum malignus fuit, sufflatus promissionibus quas habebat. Huc usq; dixit de ciuilibus bellis, iam ad aliam tentationem accedit, de odijs scilicet populi sui, & domesticorum. Sic mali nebulones nostrum Principem exercent. Der Adel/ vnd was ein wenig was ist/das gehet den frommen Fürsten wie sie können. Hæc est fortuna omnium bonorum Principum, quia non possunt non multos offendere, cum multos seruant.

BRIPIES ME DE CONTENTIONE POPVLI.

Significat hostes domesticos rebelles in populo, et maliciosos, qui per omnes dolos detrectant obedientiam, Es ist allweg ein haderhaffig Volk gewesen.

CONSTITVISTI ME IN CAPVT GEN TIVM.

Non solum eripuisti me a seditionibus meorum, sed etiam constituisti, Du hast mein Fürstenthumb weiter gestreckt/Syrios, Palestinos, Ammonitas, Moabitas, Idumeos, adiecisti ad Regnum.

POPVLVS QVEM NON COGNOVI, SERVIET MIHI.

Seruire, Hebraismus est, & significat, Vnderthan sein. Quali dicat, Promissio tantum ad terram Canaan pertinebat, ad hanc tot alios adiecisti.

IN AVDITV AVRIS OBEDIENT.

Id est, obedientes erunt. Extranei mihi obedientiores fuerunt, quam intranei, Das ist ein hübsche commendatio populi sui, So gehets vnserm Fürsten jetzt auch/Er soll günstiger vnd trewer Leut haben in H. G. Lande/denn in seinem.

FILII ALIENI MENTIENTVR.

Id est,

Id est, non obediunt mihi, non uolunt mihi esse subditi. Hebraismus est, quod uocat filios alienos. Quasi dicat, Sie seind Filij Regni, aber sie stellen sich / auff mein Seele / wie die frembden / Sic factum est in omnibus promissionibus, Iudæi die solten in Ecclesia sein blieden / aber sie fallen herauf / Gentes sollen herauf sein blieden / vnd komen hinein / Sic die Sacramentarij solten das Verbum haben / aber sie habens verloren / Multi contra in ijs partibus ubi Magistratus persequuntur Verbum, tamen habent Verbum.

FILII ALIENI INVETERATI SVNT.

Sie seind verstockt vnd verhart / Also auch werden keine erger Leute / denn auß Christen / wenn sie ins fallen komen / So ist mit dem Teuffel auch gangen / der ist darumb so böse worden / das er vor so ein grosse Creatur ist gewesen / Sic Sacramentarij seind viel böser vnd giftiger denn die Papisten.

CLAUDICENT IN CLAVSVRIS.

Id est, uinculis suis. Est idem nomen, quod concluderunt ad ipem suam. Sic sequuntur hæc duo, quod inueterascunt, id est, indurantur, Deinde, hengen sie sich aneinander / wie die Kröten im Leuzen im Wasser / Accusat enim eos, & quod sint incorrigibiles, vnd das sie sich rotten, ut noceant, In summa, non colunt Magistratum.

Claudicare, Hebraismus est, & significat nicht recht gehn. Foris fingere, se ambulare, cum tamen non sit. Hæc pericula Davidis uel ad Allegoriam de Christo. Christus hos quatuor hostes habuit, Primus fuit Saul, id est Lex. Saul enim multas habuit iustitias operum, Lex hat Christo das Königreich nicht wollen einreumen / sed Dominus eam suppressit. Secundus hostis Goliath uel gentiles, est Peccatum, id quoque Christus uicit. Tertius Absolon, Mors. Quartus, Mundus. Peccatum enim et immundicia manet in mundo, & remurmurat, sed nihil efficiunt. Ad exemplum autem, ad Ecclesiam. Illi fuit bellum cum Saul, id est, cum Iudæis, de iusticia operum. Secundo bellum ei fuit cum Gentibus & Philosophis. Opponit enim se huic doctrinae Ratio. Tertium est ciuile bellum, quod cum Hæreticis est. Quartum, cum rebellibus & claudicantibus, ij sunt filij inueterati, falsi fratres, Welche / ob sie gleich keine Ketzerey anrichten / dennoch verderben sie es nur / Hos hostes nos quoque habemus. Primo, Saul, id est, Papistas. Secundo, Gentiles, die Edelleut. Tertio sunt die Rotten. Quarto sunt die Sawren vnter vns / die nichts wollen zum Euangelio thun / lassens so hingehn.

Sic Psalmus hic est exemplum, pro omnibus in omni genere periculorum.

VIVIT DOMINVS.

Den werden sie nicht tödten. Agit enim hic gratias.

366 In cap. 22. lib. 2. Samuel.

EXALTETVR DEVS.

Der soll erhaben werden. Qui se ostendit uiuere, me sic protegen-
do & liberando.

DEVS SALVTIS.

Id est, qui mihi dedit uictorias.

DEVS QUI DAS VINDICTAS.

Hic incipit Epilogum, & ordine, sicut supra, tractat, quatuor
hostium genera repetit.

A VIRO INIQUO.

Von den giftigen Leuten.

MAGNIFICANS SALVTEM.

Den Psalm sollen meine Nachkommen singen/ Magnificat salu-
tem, id est, facit magnas salutes. Er gibt grossen sieg vnd heil.

CAPVT XXIII.

CONTINET hoc Caput nouissima uerba, seu testamentum Da-
uidis. Item catalogum suorum Principum, qui caeteris bel-
latoribus, robore corporis, fortitudine, & rerum gestarum gloria
antecelluerunt.

HAEC SVNT AVTEM VERBA NOVIS-
SIMA, QVAE DIXIT DAVID.

Dauid multis & uarijs tentationibus & ærumnis confectus,
iam ad exitum uitæ se præparat, ad emigrationem ex corpore
mortis huius, ad cœlestem patriam. Condit igitur testamentum
suum, in quo, & se, & posteros suos commonefacit promissionis
Dei de Messia, qui de carne & sanguine eius nasciturus erat. Item
ostendit, Spiritum sanctum per os suum locutum fuisse. Sunt au-
tem hæc uerba Dauidis plena multiplicis doctrine, in quibus do-
cet, Messiam seu Christum, uerum esse Deum & hominem, eiusque
Regnum fore perpetuum. Item docet, unam tantum esse Essenti-
am diuinam ac æternam, & tres distinctas Personas, Patrem, Fi-
lium, & Spiritum sanctum. Quia uero D. Lutherus hæc nouissi-
ma uerba Dauidis, erudite, copiose, & luculenter exposuit, non o-
peræ precium esse duxi, meam interpretationem hic addere, ne ui-
dear Iliada post Homerum, ut dicitur, scribere. Et ut maxime ue-
lim, non possem tamen hæc nouissima uerba Dauidis interpreta-
ri. Quia requirunt uberrimum ingenium ac spiritum. Quare om-
nes Theologiæ studiosos hortor, & moneo, ut libellum Luth-
eri, de nouissimis uerbis Dauidis, diligenter & studiose legant.
Dignus est enim hic libellus, ut ad uerbum ediscatur. Propterea
quod

Annotationes. 367

quod nullum scriptum Lutheri extat, quod accuratius ac eruditius composuit, & in quo artificium suum interpretandi sacram scripturam magis ostendit. Vere igitur *κύριον ἄσμα* dici potest. Quo magis hoc scriptum lego, ac relego, hoc magis mihi placet, & dulcescit, nec possum illius lectione satiari. Etsi enim in omnibus scriptis Lutheri miranda est orationis suauitas, & doctrina, tamen in hoc libello est oratio dulcior, simplicior et neruosior.

Porro, sicut Propheta David emigraturus ex hac uita mortali, Testamentum condidit, in quo gratias egit Deo, pro mirandis suis erga eum beneficijs, & posteris promissionem diuinam de uenturo Messia inculcauit: Ita omnes pii parentes Testamenta sua condere debent, in quibus primum gratias Deo agant pro omnibus beneficijs, quibus in hac uita ab ipso cumulati sunt. Deinde fidem suam confiteantur, & ostendant se in confessione Christi & Euangelij eius ex hac uita discessuros esse, sequē animo & auribus a doctrina dæmoniorum, quam factio Pontificia, hæretici, & fanatici omnes amplectuntur, ac defendunt, abhorrere. Item hortentur liberos, ut sanam doctrinam, quam ab ipsis acceperunt, firmiter retineant, & tueantur, nec ab ea se ullis aut periculis deterreri, aut illecebris uoluptatum auocari patiantur, ut Deum timeant, diligant, & inuocent sedulo, ut mores diligenter regant, ut frequentent sacras conciones, ac crebro Cœna DOMINI utantur, ut uocationis suæ officia recte ac prudenter faciant, ut uerbo Dei contra præsentia & futura mala, pericula, & *μεθοδίας* Diaboli sese præmuniant, atque ad multiplicia certamina præparent, & sciant, hanc uitam nihil aliud esse, quam perpetuam peregrinationem, ad salutarem & sanctum uitæ exitum. Item hortentur eosdem ad concordiam, & mutuam inter se beneuolentiam. Postremo, ut domum suam, seu rem familiarem suam ita disponant, ne quid turbæ, aut dissidij inter suos, post obitum suum exoriat, præsertim, si sint homines copiosi & locupletes. Hæc obiter de Testamentis condendis aspergere uolui.

HÆC SVNT NOMINA FORTIVM DAVID.

Vides, amice Lector, quanto studio Spiritus sanctus omnia Davidis opera Ecclesiastica, Politica & Oeconomica describat, ut intelligamus, quantæ curæ sint ei Sancti, quam defixos oculos habeat cum in ipsos, tum in omnes eorum actiones, negocia & afflictiones. Iuxta illud Psalmi trigesimali tertij: Oculi Domini super iustos. Et Psalmo quinquagesimo septimo: Gressus meos numeras. Item Psalmo cxxxix. Quo ibo a facie tua. In

368 In cap. 23. lib. 2. Samuel.

gens hæc consolatio est pijs, scire Deum multo magis curare, ac respicere Sanctos suos, quam ulla quamuis *αλότεκν* matercula curat & diligit filium uteri sui, adeo, ut etiam capillos capitis nostri numeret. Quid ad hanc consolationem addi potest? Quoties igitur in aliquod periculum, aut malum incidimus, non cogitemus, casu & fortuito id mali nobis accidisse, sed Deo permittente, nec propterea Deum a facie sua nos proiecisse, sed paterno affectu ita nos uelle affligi, ut studium Verbi Dei in nobis acuat, Inuocationem accendat, ac ueterem hominem mortificet, ne cum hoc Mundo pereamus. Hæc doctrina sæpius repetenda est, ut semper nobis sit in conspectu, & promptu, nec cogitemus tam facili negotio illam exhauriri posse. Obstant enim duo maxima impedimenta, Diabolus & Caro, qui tempore tentationis, omnes illas dulcissimas sententias & consolationes scripturarum, animis nostris excutiunt, ut non in gremio Dei hærere, sed in ima Tartara nobis deiectione esse uideamur. Sicut in exemplo Dauidis clare conspicitur, ut interim cætera exempla taceam.

Fuerunt autem Dauidi triginta septem uiri fortissimi Heroes, quorum hi tres Isabean, Eleasar, Samma, cæteris antecellebāt. De Heroicis uiris uide Lutherum in Enarratione Psalmi ci. Ibi facit duo horum genera in omnibus ordinibus, Heroicos & homines uulgares. Heroicos uocat, qui singulares quosdam motus animi & cordis, & mirandum successum in omnibus negocijs habent, quos motus Cicero appellat afflatum diuinum, eosq; ait Lutherus, diuinitus excitari, & regi, ut res magnas & salutare gerant. Talis heros fuit Iosua, talis Gideon, talis Samson, talis Dauid, qui lacerauit Leonem & Ursum, & Gigantem illum Goliath obtruncans. Talis fuit hic Princeps Isabea, qui octingentos Palestinos solus occidit. Tales denique multi & apud Ethnicos fuerunt, ut Alexander Magnus, Iulius Cæsar, Scipio Africanus, Annibal. Item Achilles apud Græcos. Nostræ ætatis multos etiam Heroes possem commemorare, qui miranda fortitudine animi & successu præditi fuerunt.

In Ecclesiastico ordine, semper etiam omnibus temporibus Heroicos Doctores & Prophetas fuisse legimus, qui non modo excellentibus donis, sed etiam robore spiritus, & singulari motu animi, cæteris Doctoribus longe præstiterunt. Ad hæc mirandos habuerunt successus, omnia quæ cœperunt negocia, prospere ac feliciter euenerunt. Quæ si quis alius non heroicis tentasset, nullum prorsus habuisset successum. Elias aude Regi Israel Ahab, qui ipsum uenabatur ad supplicium, ultro in conspectum prodire, & saluus permansit. Item aude omnes Prophetas Baal occidere.

occidere. Item potuit ignem de caelo deuocare. Item caelum precibus suis claudere, ne triennium plueret super terram, & rursus aperire precibus. Denique multa alia fecit heroica, quae alius Propheta mediocris minime potuisset, nec debuisset tentare. Talis heroicus Doctor & Propheta fuit Eliseus, qui & ipse multa fecit miracula & heroica, in dicendo et precando. Talis postea fuit Esaias, qui precibus suis Regem Assyriorum Sennaherib ab Hierosolyma repulit. Talis & Hieremias Propheta, qui & ipse multa fecit heroica.

His summis doctoribus heroicis annumeremus D. Paulum Apostolum, Augustinum, Ambrosium, Basilium Magnum, Athanasium, Doctorem Lutherum, qui singulari spiritu heroico fuit praeditus, & admirandum successum in suis *πολιτεύμασι* habuit. Vere enim in spiritu & uirtute Eliae incelsit. Nemo enim, iam inde a temporibus Apostolorum, ausus est ita inuadere Regnum Antichristi, & monstrum illud prodere, nec quisquam potuit tanta dexteritate ac foelicitate omnes articulos doctrinae Christianae explicare, et omnium uocationum homines erudire, ut Lutherus. Sed nec successum quidem tantum ullus Doctor Ecclesiae in suo cursu seu *πολιτεύματι* habuit.

Quoties enim aduersarij ipsius conati sunt eum e medio tollere, & tamen nihil profecere? Quoties Diabolus, ignitis suis telis, & omni tentationum genere illum studuit occidere, & tamen seruatus est a Deo mirabiliter, donec cursum suum confecisset?

Nec uero solum heroici uiri, mirando robore animi & spiritus praediti sunt, ac mirificum habent successum, Verumetiam haec nota discernendi sunt a caeteris hominibus, quod norunt se omnium hominum ingenijs & moribus, mira quadam dexteritate, accommodare, ac sese gerere. Erga puidas mulierculas, & pueros sunt mansueti, placidi, ac mirum in modum mites. Erga duros uero & immanes sunt ueluti Leones, suumque illud heroicum robur animi contra illos potissimum declarant: Ita heroicis uiris nihil est fortius contra crudeles Cyclopas, E contra nihil mitius & placidius erga miseram turbam muliercularum, puerorum, & similibum. Sicut in exemplis conspicitur. Quanta lenitate usus est Dauid ipse erga miseros supplices, etiam hostes suos, sed idem, quam atrociter & fortiter pugnavit cum Goliath, & similibus? Quanta suauitate orationis Prophetae, in erigendis & confirmandis afflictis usi sunt, & econtra quam leuere & aspere taxarunt induratos peccatores? Quis unquam Doctor Ecclesiae mitior & placidior fuit Luthero in consolando

*Summi doctoribus
in Ecclesia*

370 In cap. 23. lib. 2. Samuel.

dis his, qui terroribus oppressi erant? Cum uero sibi dimicandum erat cum suis aduersarijs, leoninam prorsus fortitudinem ostendit. Sed plenæ sunt exemplorum historiarum, quæ testantur, uiros heroicis, cum in Ecclesiastico, tum Politico ordine, summa clementia, cum opus est, nosse uti, & contra summam uehementiam & fortitudinem, cum res postulat, declarare.

Cum igitur heroici uiri excellentes & faustos impetus habeant, & singularibus donis a Deo ornati sint, longe maiora & ampliora emolumenta, si modo fuerint p̄j, Ecclesiæ & Reipub. afferre possunt, quam cæteri homines. Itaq; Regna & Ducatus carere illis nequeunt. Omnes enim omnium temporum historiarum testantur, illas Respub. & Ecclesias floruisse, quas Heroici uiri gubernarunt. Econtra easdem labefactatas ac grauiter turbatas fuisse, ubi Heroicis suis gubernatoribus orbatae fuerunt. Hinc illud Poëma de S. Georgio natum est, Draconem illum, qui totam Regionem uenenato suo halitu infecerat, hasta confodiente. Rex enim, in cuius Regione Draco tabem suo pestifero halitu excitarat, significat Magistratum, Vnica Regis filia significat Rempublicam. Debet enim Magistratus Rempublicam, non aliter, ac unicam suam filiam, amore complecti & curare.

Draconem est imago seditiosorum subditorum, qui non modo Magistratum e medio tollere, Reges & Principes in ordinem redigere conantur, uerumetiam omnes Leges & ordinationes diuinas student abolere, ac perpetuam uastitatem in imperijs efficere. Deniq; omnes omnium conditionum homines, in exitium coniungunt, & omnia pessundant, Sicut in proxima Rusticorum seditione, Anno xxv. experti sumus.

Hos seditiosos & turbulentos Ciues, nulla Regum nec Principum potentia, ac uires possunt reprimere, sed solummodo uiri heroici, sua singulari & diuina sapientia & eloquentia id præstare possunt. Hi sunt enim ille Georgius, qui horrendum illum & immanem confecit Draconem.

Talis Georgius fuit Lutherus, qui solus Rusticorum seditionem suis diuinis scriptis sedauit, & pacem Germaniæ reddidit. Talis Georgius erat Menenius Agrippa, qui plebem Romanam a seditione reuocabat, lib. ij. Decad. i.

Quod autem Rex liberatus periculo, filiam suam dulcissimam Georgio dat uxorem, uelut præmium laboris, significare uoluit Autor huius Poëmatis, Magistratum debere gratum esse, erga uiros heroicis, qui tam præclare de Republica, seu de Ecclesia meriti sunt. Hæc de Heroicis uiris dixisse satis sit. Redeo ad textum.

PORRO TVNC STATIO PHILISTINORVM,

RVM, TVNC ERAT IN BETHLEHEM, DESIDERAVIT ERGO DAVID AQVAM DE LACV.

David non tam senio quam tentationibus atq; erumnis confectus, expetiuit aquam ex fontibus qui erant in Bethlehem, ut ea se reficeret. Itaq; tres viri fortitudine & agilitate corporis prestantes irruerunt in castra Philistinorum, & non sine ingenti periculo hantam aquam inde attulerunt. Sed David noluit eam bibere, cum audisset, illos tanto periculo aquam hausisse.

Præclarum exemplum David omnibus Principibus ac Regibus hic proponit, quo illos hortatur, ne subditorum magno periculo & malo sint delicati. Item, ne temere illos in periculum vitæ conijciant, sed ut illorum salutem et uitam incolumem seruare studeant, denicq; modis omnibus curent, ne sint crudeles erga subditos, sed paterno affectu eos complectantur. Hinc illa insignia præconia, quæ illis tribui solent, *παιμὲνες λαοῦ*, Patres patriæ, nutritores. Quare aulici concionatores debent hoc exemplum Davidis, item sententias scripturæ sacræ, quæ Reges & Principes iubent amare & curare subditos, sedulo & diligenter illis inculcare, & simul ostendere, quam horrendas pœnas Deus Tyrannis minetur, ac sæpe illos officij sui admonere, ut meminerint, sibi non pecudes & iumenta, sed homines, qui sunt Dei uiuæ imagines, & templa Spiritus sancti a DEO commendatos esse, atque sciant infimum quemq; & obscurissimum hominem, æque Deo curæ esse, ac potentissimum Regem. Quia coram Deo non est *προσωποληψία*.

Dici nō potest, quam necessaria hæc sit admonitio hoc nostro sæculo. Videmus enim, quam nunc pleriq; Reges & Principes, duri, inclementes, & inexorabiles sint erga miseros subditos, q̄ leuibus de causis eos conijciant in carceres, atq; occidant, non aliter ac si essent uilissima mancipia, nec ullis precibus et lachrymis miserorum et afflictorum flectiqueunt. Itaq; hoc Ecclesiastici, Lachrymæ afflictorum deorsum quidem cadunt, sed sursum clamant contra eum, qui eas expressit. Concionatores inculcent Principibus, qui sunt ita duri, & plane implacabiles, & iubeāt eos memores esse decem talentorum, quæ ipsi debent Deo, & delicta subditorum uix esse centū denarios, quos seruus debebat cōseruo suo, Matt. xvij.

Nec uero hæc ita uelim accipi, quod nō liceat Principibus punire maleficos. Debent Principes atrocía scelera atrocibus pœnis punire, Sed loqr de illis delictis, q̄ nō sunt plane enormia, nec atrocía. In his puniendis debēt remissiores & placidiores esse, nec summū ius persequi, sed supplicū precibus se patiantur exorari et flecti, iuxta illud Salomonis: Ne sis nimium iustus. Hæc, ut supra di-

372 In cap. 23. lib. 2. Samuel.

xi, optarim Regibus & Principibus sæpe inculcari, a suis concionatoribus: nec dubito, quin eiusmodi admonitiones non sine fructu abiturae essent. Sed pauci hodie reperiuntur concionatores Aulici, qui officium suum recte faciunt, & qui Principes suos peccantes reprehendere audent libere. Verentur enim, ne illorum gratia excidant, aut quid periculi sibi concilient. Terret illos exemplum Ioannis Baptistæ, qui propterea quod liberius *καὶ παρρησιακῶς* Herodem propter adulterium reprehenderat, capite detruncatus est. Sed uere pii Concionatores, qui multis tentationibus sunt confirmati, non possunt se continere, quin Principum uitia ac scelera acriter reprehendant, nec aut ullis periculis se deterreri, aut illecebris uoluptatum se auocari sinunt, quo minus officium suum recte faciant. Sed de hac re alias.

CAPVT XXIII.

QVAE in isto Capite recitantur, statim, postquam in Regnū restitutus est Dauid, acciderūt. Itaq; hoc Caput xxij. & xxij. capitibus debuisset interferi. Ostendit autem hoc xxij. Caput, Dauidem superbia elatum, mandata dedisse Principi militiae Ioab, ut peragrans Tribus Iuda & Israel, uniuersum populum numeraret. Cui mandato Ioab ac cæteri Principes ægre obtemperarunt, quod scirent, hanc recensitionem minime necessariam esse, & habere quandam iactationis speciem. Verum hac re Dauid graui ter offendit Deum, qui pestem atrocissimam immisit, quæ perpetuo triduo in populum grassata est. Nam septuaginta millia uiuorum peste extincta sunt. Hæc clades magnum dolorem Regi attulit. Postea Deus precibus & sacrificio Dauidis placatus, pestem abstulit.

ET ADDIDIT FVROR DOMINI IRASCI CONTRA ISRAEL, ET IRRITAVIT DAVIDEM INTER EOS.

Primum admonendus est Lector de phrasi. Vocabula illa, Irritare, Indurare, Inducere, Hebreis significant, non effectiōē, sed permissionem, ut Dominus indurauit cor Pharaonis, hoc est, permisit indurari. Item Dominus irritauit Dauidem, hoc est, permisit eum irritari, seu inducere animum, ut numeraret Israel & Iuda. Item, ne inducas nos in tentationem, id est, ne linas nos induci in tentationem.

Discamus autem hoc loco, Primum, Sanctos quamlibet multis certaminibus fidei exercitatos & humiliatos, non posse tamen
non

non subinde labi, dum ueterem hominem circumferunt. Et sane iure quis miretur, Dauidem senem, & tot tentationibus fractum, ac debilitatum, tandem ita efferri sua potentia, ut iusserit numerari populum. Sed ut sæpe iam dictum est, nostra causa hæc scripta sunt, ut in his summorum uirorum, qualis erat Dauid, exemplis discamus, quæ sit humanæ naturæ & infirmitas, & corruptio, quam ne summi quidem Sancti prorsus mortificare queunt in hac uita, sed perpetua illis cum hac corruptione naturæ est lucta, ut scilicet indies magis potentiam & sapientiam Dei, in sua ipsi infirmitate discant intelligere ac experiri, & quo minus, si non relaxerentur sæpius, donis suis efferantur, & superbiant.

Deinde & illud hic discamus, subditorum peccata causam esse, quod Reges & Principes permittente Deo, aut bella non necessaria suscipiant, aut exactioibus iniustis populum exhauriant, aut horrenda peccata admittant, quibus iram Dei grauius irritant, ut ipsi una cum subditis in horrendas calamitates ruant. Cuius rei hic in Dauide illustre exemplum nobis proponitur, qui hoc peccato, quod iusserit numerari populum, sæuissimam pestem subditis suis accersit.

Huius rei non modo exempla, sed etiam testimonia multa ex sacris literis citari poterunt, Vt illud Osee xiiij. Dabo tibi Regem in furore meo, & auferam in indignatione mea. Et Hiob xxxiiij. Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi. Hypocritam uocat Regem aut Principem, qui pietatem simulat, & sub prætextu Religionis ac pietatis, multa impia & tyrannica tentat, atq; exercet.

Imperia eorum Principum, qui ex professo sunt hostes Ecclesiæ, seu Ethnici, multo sunt tolerabiliora, quam illorum, qui cum apprime Christianos Reges ac Principes se perhiberi uolunt, interim omnis generis blasphemias ac scelera cumulare pergunt. Tales autem gubernatores Deus populis dare solet, qui Verbum Dei contemnunt, ministros eius ignominia afficiunt, aut fame necant, ac scelerate uiuunt.

Admoneant igitur concionatores populum sedulo, ut assidue & diligenter pro Regibus & Principibus suis uota faciant, ut Dominus illos regat, & pios Angelos illis addat custodes, contra furorem ac seuciam Diaboli, qui illis potissimum insidiatur, et machinatur exitium: Quippe, quem non fugit, per impios Principes & Tyrannos, se maximam perniciem Ecclesijs & Rebus publicis allaturum esse, Et pios ac placidos Principes uere σωτήρας esse Rerum publicarum. Quocirca, ubi priuatum aliquem uno dæmone aggreditur, & oppugnat, Regem & Principem decem, imo cen-

374 In cap. 24. lib. 2. Samuel.

tum malis spiritibus adoritur, & impugnat, neque illis gregarios aliquos daemones, sed principes daemionorum, tentatores attribuit, qui uarias artes, in eis euertendis tentant, ut aut ad uagas libidines, aut crudelitatem, aut mouenda non necessaria bella, aut ad alia horrenda scelera illos impellat, idque partim per se, partim per sua organa, uidelicet, improbos & perfidos consiliarios, & proceres aulicos. Hæc si scirent ac crederent Principes, multo maiore cura & diligentia Verbum Dei audirent ac legerent, & ardentius Deum inuocarent. Quod autem non sciant nec credant, Diabolum tam furenter ac uehementer illis insidiari, res ipsa testatur.

Optarim igitur, Libros Regum perpetuo & accurate enarrari & prædicari in aulis Principum, & horribiles lapsus, & calamitates impiorum Regum Iuda & Israel illis probe inculcari a suis concionatoribus.

Continent enim libri Regum multa insignia exempla, & iræ, & misericordiæ Dei. Nam primum ostendunt, quam horribiliter Deus punierit Reges Iuda & Israel, qui aut Idolatræ, aut parricidæ, sæui & immanes in subditos, aut uagis libidinibus polluti, aut alijs sceleribus contaminati fuerunt, quod Deus iniquitatem illorum in tertiam et quartam generationem uisitauerit, non nunquam etiam totam stirpem regiam funditus deleuerit. Ut in exemplo Achab Regis Israel conspicitur, qui cum Prophetas Domini persecutus erat, & optimo Naboth uineam eripuerat, eundemque falsis criminationibus oppressum iusserat occidi, cum tota posteritate sua deletus est. Hoc exemplum diligenter debet inculcari illis Principibus, qui nimium sunt sæui, & crudeles in miseros subditos, & qui pios Doctores, eo quod seuerè & acriter uicia taxant, pellunt in exilium, aut alioqui premunt & affligunt, ut eo territi poenitentiam agant.

Deinde commemorant Libri Regum, quantis præmijs & donis a Deo affecti sint Reges timentes Deum, & qui fuerunt clementes placidi, placabiles, mansueti, casti, Et quod Deus non modo ipsos, uerum etiam posteros eorum, omni benedictionis genere cumulauerit, ut Dauidem, Iosiam, Ezechiam, & similes, quos Deus magnifice glorificauit propter pietatem. Hæc exempla mirifice pios Reges ac Principes confirmabunt, ut pergant in iusticia & sanctitate, Deo seruire, & illustrare Dei gloriam pijs moribus atque exemplis.

Hæc obiter concionatores Aulicos admonere uolui, ut meminerint, hoc uel imprimis ad officium suum pertinere, ut Principibus suis exempla iræ Dei aduersus impios, & exempla misericordiæ Dei erga pios Gubernatores assidue inculcent, idque & publice in concionibus & priuatim,

Redeo

Redeo ad Textum.

DIXITQUE IOAB REGI, ADAUGEAT
DOMINVS DEVS TVVS.

Ioab & ipse peccauit, quod Regis edicto paruerit. Debuisset enim acrius admonere Regem, magnum inde oriturum esse scandalum, si populum numerari iussisset. Est igitur Ioab imago procerum aulicorum, qui ne Principum gratia excidant, impia & iniusta illorum edicta exequuntur, nihil morantes Verbum Dei, quod iubet Deo magis obedire, quam hominibus. Itaque & ipsi tandem cum suis Principibus, impietatis & iniusticiæ pœnas dare coguntur.

PERCVSSIT ERGO COR DAVID EVM,
POSTQVAM NVMERATVS EST POPV-
LVS.

Post lapsum Dauidis, nunc demum expurgiscitur peccatum, quod antea in foribus cubuerat. Hæc enim natura peccati est, ut ante actum, & in ipso actu dormitet, & mirabiliter blandiatur homini, adeo, ut nihil minus quam peccatum esse uideatur, sed quasi res necessaria & salutaris. Sicut in exemplo Heuæ conspicitur, cuius peccatum mirifice blandiebatur. Sic enim scriptum est Gene. iij. Vidit autem mulier, quod bonum esset lignum ad uescendum, & pulchrum oculis, aspectuq; delectabile. Ad hunc modum Dauidi hoc peccatum, ut numerare iuberet populum, non uidebatur peccatum, sed res necessaria & utilis, ut cognosceret, quanta benedictione Dominus eum cumulasset. Item peccatum reddit hominem prorsus cæcum, mutum, & τετυφωμένον. Quia homines, dum sunt in actu peccati, uel dum perseverant in peccato, non possunt Deum inuocare, nec cernere magnitudinem, & atrocitatem peccati, nec pœnas comitantes peccatum considerare, sed quasi dementati & mente capti, feruntur præcipites in omne genus flagitiorum, sicut in exemplis clare conspicitur. Fornicator aut mœchus dum pergit peccare, nihil minus cogitat, quam mala, quæ sibi impendent. Si enim posset illa oculis cernere, & horribiles comminationes Dei aduersus fornicatores & adulteros, sibi subiicere, non ita cæcus & amens foueret flammam libidinis. Et sic de cæteris.

Post actum uero, seu lapsum, peccatū euigilat, & hominis conscientiam atrociter mordet, & cruciat, eumq; prorsus occideret, nisi uerbo Dei erigeretur. Sicut in exemplo Cain primi homicidæ conspicitur, quem post perpetratam cædem, peccatum in desperationem impulit. Ad eundem modum Saulem & Iudam proditorem peccatum occidisse legimus. Est & illud peccati proprium, quod se mirum in modum norit excusare & ornare, & uult pro-

376 Incap. 24. lib. 2. Samuel.

iusticia haberi, uerum hac ipsa excusatione, magis etiam se prodit, atq; deformat peccatum, ut Paulinis uerbis utar, καθ' ὡς βολὴν ἁμαρταν ὡλὸν ἁμαρταν se reddit.

Hanc naturam peccati nosse homines, maxime iuniores, utile est, ut discant, summa contentione animi & studij cauere peccatū, & uitare omnes occasiones peccati, ac semper in conspectu habeant exempla eorum, qui illecebris, & ἐπιποθῆ ἁμαρτίας decepti in horrendas & tragicas calamitates inciderunt. Quale est primæ nostræ matris Heuæ, Samsonis, Dauidis, & similibus.

ET DIXIT DAVID AD DOMINVM, PECCAVI VALDE IN HOC FACTO.

Egregium hic exemplum nobis proponitur, quod docet, quomodo lapsi se gerāt, uidelicet, ut illico sine ulla cunctatione pœniteant, ad misericordiam Dei confugiant, gemant, clament, ac peccatū remissionem peccatorum, ac Deum suæ promissionis in Christo commonefaciant, dicentes: Miserere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam, quam ipse in Christo nobis promissisti, et obtulisti nobis (inquam) indignis et nihil promeritis. Hanc precationem, hæc suspiria, & hos gemitus imo de pectore ductos sæpius ingeminent, & uerbum promissionis Deo irato opponant, imitati exemplum Moyli, Dauidis, mulieris Syrophœnitissæ.

Deus enim eiusmodi preces a nobis flagitat, cum inquit: Inuoca me in die tribulationis tuæ. Item: Petite & accipietis. Non uult te lapsum peccata cumulare, ut si præoccupatus a carne fornicationem, aut homicidium commisisses, uelis a facie Dei fugitare, teq; abdere aliquo, ut fecit primus noster parens Adam, qui audita uoce Dei in Paradiso aufugit, seq; abscondidit, sed mox ad Deum minitantem pœnas, redito & conuertere, & prostratus coram Deo, clama: O Domine, tibi soli peccaui, & malum coram te feci, Ah, quam mihi dolet, quod te Domine Deus, tā grauius offenderim, Wie ist es mir so herzlich leid / mein Gott / das ich so gewulich wider dich gesündigt habe. Ne intres, quæso Domine, in iudicium cum seruo tuo, auerte faciem tuam a peccatis meis, ac respice filium tuum dilectum Dominum nostrum Iesum Christum, in quem credo, quem diligo, quem prædico. Gaudet enim Deus Pater mentione ac merito sui Filij, in quo sibi complacuit.

Si quis lapsus hoc pacto se poterit colligere, & animum ad inuocationem instituere, is uicerit. Sed est magni negocij, ut lapsus illico ad preces decurrat, & ad Deum, quem iratum esse sentiat, reuertitur, eumq; inuocare possit.

Duo enim maxima impedimenta nobis obijciuntur, incipientibus precari, καὶ ὁ ἄφρων conscientię nostræ, & Satan qui supra modum

Annotationes. 377

dum peccata nostra solet exaggerare, & pingere Deum in cordibus nostris, ut seuerum & implacabilem Iudicem, auersantem & abominantem peccatores, atq; illud dictum Ioannis ix. Deus peccatores non exaudit, nobis inculcare & obgannire, Desine Deum tuis irritis precibus obtūdere, Maiora sunt peccata tua, quam ut te exaudiat. Si tu hæc concionantem Diabolum audiueris, nunquam orabis. Itaq; nihil prius neque melius, quam si conuictis illum a te repellas, dicens: Abi retro me Satan, quia mendax es & homicida, qui etiam uera dicendo mentiris, audiam quid loquatur ad me Dominus Deus meus.

CVMQVE VENISSET GAD AD DAVIDEM.

Mittitur a Deo Propheta Nathan ad Dauidē, ut ostendat Deum grauius hoc suo facto, quod numerauerit populum, offensum esse, itaq; decreuisse illum punire, aut fame, aut bello, aut peste, eiq; optionem dat, ut istarum calamitatum quam uelit eligat. Sed Dauid pestem eligit, eo quod pestis non minus se quam populum posset attingere.

Doctrina huius loci est, Deum non differre pœnas, cum filios suos punire decreuit, sed illico uisitare eos, uirga paterna, de quo supra satis dictū est. Porro in Dauide insigne exemplū charitatis nobis proponitur, quod iubet nos cauere, ne proximus propter nos in periculum aut exitium conijciatur. Nam Dauid maluit pestem eligere, quam alias calamitates publicas. Verebatur enim, ne si famem aut bellum elegisset, pœnam, quam ipse meritus erat in subditos suos deriuare uideretur. Si autem pestilentiam elegisset, non minus Rex, quam populus foret in periculo.

Habes igitur ingenium uere pij Regis ac Principis egregie depictum in Dauide, qui multo malit mortem oppetere, quam subditos sua causa in exitium conijci. Tales scilicet Principes tam clementes, mites, *εὐαλαγχοὺς*, & mansuetos tentationes reddere solēt. Nihil igitur mirum, homines profanos non humiliatos, nec fractos cruce & afflictionibus, tam esse duros, & inclemētes erga proximum. Quia nondum sunt experti misericordiam Dei erga se, nec unquam peccatorum suorum atrocitatem & magnitudinem senserunt. Quo quisque magis uexatur sensu peccati, & iræ Dei, hoc est humilior, mitior, placabilior, & magis afficitur calamitate proximi. Econtra uero, quo quisque minus sentit atrocitatem peccati, & iræ Dei magnitudinem, hoc est durior, asperior & inclementior, erga proximum, ut est cernere in Phariseis, in nostris Papistis & hypocritis.

DIXIT AUTEM DAVID AD GAD: CO

378 Incap. 24. lib. 2. Samuel.

ARCTOR NIMIS, SED MELIUS EST, VT
INCIDAM IN MANVS DOMINI.

Fatetur Dauid, se grauius angere animo, cum nesciat, quam istarum calamitatum potius eligat. Sed tandem dicit, se malle pestem, quam aut famem, aut bellum, eaque in re magis populi, quam sui rationem habuit. Si enim elegisset famem, populus tantum periclitatus fuisset, cum ipse sibi poenu potuisset abunde prospicere: Nec minus in periculum coniecisset subditos, si bellum elegisset. Quia Rex in bello sibi melius potest cauere, quam milites. Grassante autem Pestilentia, Rex non minus expositus est periculo quam subditi. Ideo maluit illam eligere. Quia sperabat, se precibus Deum placaturum esse, ut illam tolleret, aut certe mitigaret, sicut postea accidit.

Hic oritur quaestio, Quomodo hi duo loci scripturae conciliandi sint, Vt Hebrae. x. Horrendum est incidere in manus Dei uiuentis, Et ille: Melius est, ut incidam in manus Domini. Videntur enim inter se pugnare. Facilis ac expedita responsio est. Epistola ad Hebraeos loquitur de Deo puniente impios ad perditionem atque exitium. Dauid autem loquitur, de Deo castigante pios ad salutem & uitam, affectu paterno. Eadem est sententia de oculis, seu conspectu Dei, quod duplex sit conspectus Dei, Alius iratae ac minitantis Dei interitum, Alius placati fauentis & blandientis. Haec de phrasi scripturae propria lectorem admonere uolui.

Est autem dulcissima consolatio in his uerbis proposita: Melius est incidere in manus Domini, multae enim misericordiae eius sunt. Vult ostendere Dauid, Deum castigantem suos filios, propter delicta facile placari posse, ut poenas aut tollat, aut mitiget. Sicut enim pater uere *καλός πατήρ*, non hoc animo castigat filium suum, ut eum occidat, sed ut emendet, & in uiam reuocet, Ita Deus, cum sit *καλός πατήρ*, castigat suos non in furore, sed animo paterno, & ut Prophetae uerbis utar, in Iudicio.

Cæterum in manus Dei incidere dicimur, cum Deus nos puniat per Angelos suos, qui aliquam luem mandato diuino excitant, qua homines pereant.

IMMISITQVE DOMINVS PESTILENTIAM IN ISRAEL, A MANE VSQVE AD TEMPVS CONSTITVTVM.

Disputant de hac particula interpretes, A mane usque ad tempus constitutum. Quidam enim de tempore prandij, quidam uero de tempore uespertini sacrificij accipiunt. Sed sententia Lyræ magis mihi probatur, qui dicit, tempus constitutum significare, non integrum triduum, sed tempus illud determinatum a Deo, uidelicet
cet.

et, ut pestilentia grassaretur, unum modo diem, a mane usque ad uesperam. Et dicit eandem hoc loco phrasim esse, quæ est Ionæ iij. Vt enim hæc uerba, Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur, sunt uerba comminationis. Deus enim etsi constituerat Niniuen delere, exactis quadraginta diebus, tamē quia Niniuite pœnitentiam agebant, mutauit sententiam, ac decretum suum reuocauit. Ita hoc loco uerba ista, Tribus diebus erit Pestilentia in terra ista, sunt uerba cōminationis, seu decreti diuini, quod Deus pœnitentia ac precibus Dauidis placatus reuocauit. Hic admonendus est Lector, duplicia esse decreta Dei, alia immutabilia, alia mutabilia. Immutabilia sunt illa, quod uoluit genus humanum redimere, misso filio, quod mundum igne deleturus sit in nouissimo die, quod resuscitaturus sit mortuos de terra, & similia. Mutabilia uero sunt, cum certam pœnam propter peccata nostra minatur certo tempore, sed ita tamen, ut eam paratus sit, reuocare, si pœnitentiam egerimus. Sed nolo hæc disputari subtilius. Nos debemus ex uerbo Dei, de uoluntate & decretis Dei iudicare, alioquin impingere nos oportebit, & opprimi gloria, ut inquit Salomon:

ET MORTVI SVNT EX POPVLO, ADAN VSQVE AD BERSABEE, SEPTVAGINTA MILLIA VIRORVM.

In hac clade haud dubie multi Sancti simul extincti sunt. Nam etsi publicæ calamitates potissimum, propter impios accidant, tamen in illis pii simul cum impijs rapiuntur, sed nullo suo detrimento. Quia eo maturius ad quietem & pacem suam perueniunt, & colliguntur in gremium Christi: atq; illud Pauli semper in pectore & ore habent: Siue uiuimus, siue morimur, Domini sumus. Item: Viuere mihi Christus est, mori autem lucrum.

CVMQVE EXTENDISSET MANVM SVAM ANGELVS DOMINI SVPER HIERVSALIAM, VT DISPERDERET EAM, MISERTVS EST DOMINVS SVPER AFFLICTIONEM.

Illustre exemplum hic proponitur sententiæ illius, quæ extat Threno. Hier. iij. Dominus non ex corde homines affligit, & contristat. Item illius dicti Ioelis secundo: Quia Dominus benignus & misericors est, patiens, & multæ misericordiæ. Et mox: Pœnitet illum pœnæ. Quia Deus est charitas, non delectatur hominum interitu. Gaudet illis perpetuo benefacere, sicut scriptum est Hieremiæ capite trigelimo secundo: Voluptati mihi sit, ut illis benefaciam. Est igitur **DEVS** proprie im-

380 In cap. 24. lib. 2. Samuel.

mensum incendium amoris erga genus humanum. Quod autem interdum homines punit & affligit, hoc eo facit, ut homines securos, ac Dei conditoris sui oblitos ad cognitionem amoris, & bonitatis diuinæ exulcitet, Alioqui perpetuo ueternum dormirent.

DIXITQUE DAVID AD DOMINUM, CVM VIDISSET ANGELVM CAEDENTEM POPVLVM, EGO SVM, QVI PECCAVI, ET EGO INIQVE EGI.

Quæritur, cur Dauid dicat, se solum peccasse, & suo peccato istam horrendam cladem toti populo accersiuisse, cum tamen textus dilerte dicat, Dominum irasci contra Israel. Ex quibus facile colligitur, Deum non modo propter Regis, sed multo magis propter totius populi Israel delicta, hanc luem immisisse? Respondeo, Dauid est imago uere pœnitentis & contriti cordis. Sic enim affecti sunt omnes, qui sensu peccati, & conspectu iræ Dei uere extimescunt, ut existiment omnes calamitates cum publicas, tum priuatas propter ipsorum delicta accidere, putant se omnium maximos esse peccatores. Item parati sunt propter salutem Ecclesiæ ac Reipublice ultro mortem oppetere: Proximi salus, sua ipsis uita carior est. Sicut in exemplo Apostoli Pauli conspicitur Roma iniqui optat anathema fieri a Christo pro fratribus suis, ut saluetur, non quod cupiat pro eis damnari, sed ut fiat anathema, hoc est, ut corpore non anima pereat, quo Israelitas fratres suos, sua ista corporali perditione redimat.

Ad hunc modum omnes p̄ij affecti sint, ut non dubitent pro fratribus, sicut Ioannes inquit, animam ponere, ut illos saluent, atq; ex faucibus Diaboli rapiant. Sicut fecerunt omnes Prophetæ, Apostoli, & multi p̄ij Doctores in Ecclesia, Ireneus, Athanasius, & similes. Quare hoc dictum Pauli: Optarim ego Anathema esse a Christo, pro fratribus meis, non ita intelligendum est, quod Paulus propter salutem fratrum suorum spiritualiter perire cupiat, hoc est, ut in æternos cruciatus abijciatur, sed quod corporaliter tantum fieri optet anathema, perinde ut Christus pro nobis factus est anathema & maledictum.

Porro in Dauide insigne exemplum amoris, erga subditos proponitur Gubernatoribus. Vt enim Dauid salutem populi Israel, uitæ suæ anteposuit, Ita pius Gubernator pro salute subditorum uitam suam in discrimen offerre debet, atq; affectum pastoris erga subditos suos induere. Pastor enim non modo oues suas pascit, sed etiam contra luporum sæuiciam defendit, nec uitam in defensione ouium ponere dubitat, *Er lesse sein leben vber den Scheslin.*

VENIT AVTEM GAD PROPHETA AD DAVID, ET DIXIT EI.

Hæc

Annotationes. 381

Hec postrema pars capituli, primum commemorat, Dauidē no-
luisse gratis accipere ab Aratina Iebuseo, aream & boues, cum sibi
eos ultro uellet donare. Deinde ostendit Deum sacrificio Dau-
dis placatum pestem sustulisse. Item in Aratina Rege Iebuseorū,
illustre exemplum humilitatis nobis proponitur, quod ostendit,
quanta sit in uere conuersis humilitas. Nam hic Aratina cum es-
set Rex Hierosolymę, post conuersionem suam ultro propter glo-
riam Dei, Regno celsit, & summa uoluntate aream et boues ad sa-
crificium Dauidis præbuit. In quo id discamus, uere conuersos
mirum in modum esse humiles, & paratos esse multa conferre
ad conseruationem uerorum cultuum Dei, etiam cum magna ia-
ctura suarum facultatum. Cum enim uere conuersis nihil sit cari-
us, nec antiquius Verbo Dei, non dubitant propter illius conser-
uationem omnia quæ habent, offerre in discrimen. Longe aliter
affecti sunt Hypocrite. Hi enim cum non serio afficiuntur studio
cœlestis doctrinæ, ne assem quidem ad illius conseruationem lar-
giuntur.

Hic oritur quæstio, Cur Textus dicat, Dominū sacrificio Da-
uidis placatum pestem abstulisse, cum tamen Scriptura multis in
locis clarissime testetur, Deum non placari sacrificijs, ut Psalmo
li. Vtq; holocaustis non delectaberis, sed uera conuersione, fide,
& inuocatione, Iuxta illud: Sacrificium Deo spiritus contribula-
tus, cor contritum & humiliatum Deus non despicias?

Respondeo. Scriptura omnia cum ueteris, tum noui Testa-
menti sacrificia damnat, quæ non fide Deo præstantur, Iuxta il-
lud: Quicquid non est ex fide, peccatum est. Econtra uero, omnia
sacrificia maxima & minima prædicat, Deoq; gratissima esse affir-
mat, quæ præstantur ab his qui timent Deum, & cōfidunt Deo.
Sola enim fides est, quæ efficit, ut non modo ipsa persona creden-
tis, uerum etiam omnia ipsius opera & afflictiones Deo placeant,
imo acceptissima illi sint sacrificia, Sicut in exemplis Sanctorum
conspicitur, ut Habelis, Abrahę, Isaac, Iacob, Dauidis, & similium.

Quicumq; igitur Deo uoluerit acceptum præstare sacrifi-
cium, hunc prius oportet pœnitentiam agere, & a
Deo recipi in gratiam, Tunc grata
Deo erunt omnia, quæ
fecerit opera,

MAIHOVO

In gestatione Anselmi
Psalms XXXVI. Noli

AEMVLARI.

ARGVMENTVM.



HIC Psalmus est in genere consolatorio. Hortatur enim pios ad patientiam, & iubet flammam iræ, inuidiæ, & odij restringere, cum uidemus impios in hac uita florere, & econtra pios affligi & opprimi. Verum hoc non est uirium humanarum, reprimere iram, odium, & cupiditatem uindictæ, cum hi, de quibus optime sumus meriti nos persequuntur, & extinctos cupiunt. Item cum uidemus sceleratos & impios homines, & cōtemptores Verbi, in summo honore, opibus, & uoluptatibus uiuere: Adhæc pijs afflictis insultare. Ideo iste Psalmus præsentissimum remedium huius tentationis & scandali monstrat, uidelicet, consolationes & promissiones Dei de liberatione piorum. Deinde comminationes diuinas de pœna impiorum.

**NOLI IRA EXCANDESCERE ERGA MA
 LOS, NEC ACCENDI INUIDIA, ERGA
 FACIENTES INIQUITATEM.**

Docet Propheta quomodo pius se gerat, cum sentit, se ira & inuidia accendi, cū uidet impios & inimicos suos florere, & disfluere omnibus copijs. Primum ut eorum calamitosum exitum consideret. Nam impiorum sceleritas, non est diuturna. Deinde, ut speret in Dominum, & uocationis suæ officia sedulo faciat. Atque hic est principalis locus istius Psalmi, quem Propheta infra copiose, & multis & uarijs figuris illustrabit.

Hortatur igitur pius in isto Versiculo, ne indulgeant iræ, & inuidiæ, & similibus prauis affectibus, & simul docet in pijs hærrere multos uitiosos affectus, quibus ipsi repugnant, & reluctantur Verbo Dei & oratione.

Opponenda est autem hæc sententia illis, qui pios omnibus uicijs uacuos, & plane perfectos esse postulant. Habent enim utrique & pijs & impijs uitiosos affectus. Sed pijs illis reluctatur, impijs uero illis frenum laxant, ac delectantur illis.

Porro duæ causæ sunt, cur pijs non debeant iram & inuidiam alere. Primum, quod ira & inuidia offendunt Deum, ac impediunt multa pia studia. Deinde quod irati & inuidi uitam sibi ipsi acerbam reddunt, iuxta illud: Inuidus alterius rebus macre scit opimis.

QVONIAM

QUONIAM TANQVAM FOENVM VE
LOCITER ARESCENT, ET TANQVAM
OLERA HERBARVM CITO DECIDENT.

Subijcit causam, cur pij non debeant impijs suam infelicitatem inuidere. Quia felicitas eorum non est diuturna. Hanc sententiam, quo magis piorum mentes & aures feriat, Propheta uenustissima similitudine proponit, dicens: Quoniam &c. Nihil aspectu iucundius, quam flores & gramina, quibus nullus Regum & Principum splendor potest conferri, ut testatur Christus Matth. vi. E contra uero nihil citius perit. Quo enim altius assurgunt & crescunt, hoc magis messi uicina sunt. Ita impij, quo magis florent ac euehantur, hoc propiores sunt suo exitio.

Hæc iam sunt illustranda exemplis Ecclesiasticis, Politicis, Oeconomicis. Omnes hæresiarchæ, cum ad summam dignitatem ac existimationem peruenissent, subito interierunt. Regnum Pontificium cum maxime floreret, subito corruit. Multi potentissimi Reges ac Principes ex summo dignitatis gradu deiecti sunt, tum cum potentia, dignitate, & opibus maxime florebant.

Huc colligenda sunt exempla omnium ordinum, quæ ostendunt impiorum exitum calamitosum esse.

SPERA IN DOMINO, ET FAC BONITATEM, INHABITA TERRAM, ET CITRA ALTERIVS INIVRIAM REM FACIAS.

In superiori uersiculo Propheta docuit, cur pius non debeat accendi ira & inuidia erga impios florentes. In isto autem uersiculo docet, quomodo flammæ odij & inuidiæ restinguendæ sint. Tradit autem tria præcepta.

Primum, iubet pium sperare in Dominum. Deinde bene operari, & manere in sua uocatione. Postremo labore uictum quærere, & suis prospicere uitæ necessarijs. Qui enim hanc Regulam seruauerit, is semper tranquillo erit animo, & sortem suam boni consulat.

DELECTARE IN DOMINO, ET VOTI COMPOTEM TE REDDET.

Quali dicat, noli te ipsum ira & inuidia cruciare, ne sis *εαυπηθησεν*, sed delectare in Domino, id est, apprehende Verbum Dei, in quo Deus promittit, se tibi affuturum esse, te exauditurum & liberaturum. Hoc ipso uerbo animum tuum perturbatum fac tranquilles & sustetes. Quia extra Verbum Dei, nullum firmum solatium, nec solidum gaudium, nec pax conscientiæ parata est. *Ausser Gottes Wort ist weder hülf noch rath.*

Hoc ubi feceris, reliquum est, ut Deo necessitates tuas proponas, eumque inuoces, Ideo addit.

REVELA DOMINO VIAM TVAM, ET IPSE FACIET.

Hoc est, totam tuam causam Deo commendes, omnes cogitationes & consilia tua Deo aperias, omnesque sensus cordis tui in sinum eius, ut dicitur, effundas, & cum Propheta Dauide dicas, Psalmo cxxxviij. Proba me Deus, & scrutare cor meum, interroga me, & cognosce semitas meas, & uide, si uia iniquitatis in me est, & dirige me in uia æterna, Deus enim delectatur hac nostra erga eum fiducia, cum ad eum confugimus, eique omnes nostras necessitates, & angores animi aperimus, & nostram imbecillitatem animi, ac infirmitatem fidei confitemur.

Nomine Spei complectitur fidem, inuocationem, & omnes cultus diuinos. Addit autem promissionem, dicens: Et ipse faciet. Hoc est, ipse te, tuamque causam curabit, & omnia negocia tua gubernabit. Hæc sit unica & præcipua tua cura, ut Deo seruias, & uocationis tuæ officia, recte ac sapienter facias, Cætera omnia, uidelicet, successum ac euentum Deo commendans. *Laß vnsern Herrn Gott sorgen/wie er dich wolle erhalten/regieren/schützen vnd beschirmen wider deine feinde.* Deus enim meliorem euentum ac successum præstabit, quam cogitaras.

Huius rei multa præclara exempla passim & in sacris historijs obuia sunt. Cum Iacob, Gene. xxxij. cognouisset fratrem suum Esau aduentare, ut sibi & familiæ suæ uim afferret, ipse totam suam causam Deo committebat, ac fretus promissione diuina, ac spe auxiliij diuini pergebat fratri iræ obuiam. Itaque amplissimum præmium huius suæ fiduciæ in Deum tulit. Quia summam comitatem fratris expertus est. Item iij. Regum xvij. cum Achab passim misisset, qui Prophetam Eliam ad supplicium uenarentur, Elias nihil hoc deterritus periculo, perrexit mandato Dei obsequi, & uocationis suæ officium facere, interim euentum omnem Deo commisit. Itaque saluus euasit. Eiusmodi exempla permulta non solum ex sacris, sed etiam ex alijs historijs possunt colligi. Ut illud de Episcopo quodam Magdeburgensi, nomine Friderico, est illustre, cui, cum quidam Dux Saxoniae, nomine Fridericus, bellum indixisset, misit exploratorem in aulam Episcopi, qui cum redisset, ait Episcopum nullas plane copias ad bellum comparare, sed ocioso esse animo, & subiicit, Episcopum interrogantibus de bello, ita respondere, Se uelle officium suum facere, Ecclesias & Monasteria uisitare, & pauperum causas cognoscere, & Deo negocium belli totum commendare. Hoc ubi audiuisset Dux Saxoniae,

xoniæ omisit bellum, quo minus uideretur ^{θεου αχεν.}

ET EDUCET QVASI LVMEN IUSTI-
CIAM TVAM, ET IVDICIUM TVVM TAN-
QVAM MERIDIEM.

Si præcepta mea supra tradita seruaueris, & causam tuam Deo commiseris in inuocatione, tunc gloriosam liberationem ac euentum experieris. Deus enim grauius punit inimicos tuos, quam ausus fuisses optare, & innocentia tua nota fiet omnibus, atq; tam illustris, quam est dies & meridies. Tu modo uide, ne Deum tua impatientia, & cupiditate uindictæ in operibus suis impedias, sed fac imiteris Patriarcham Ioseph, qui primum a fratribus suis nefarie uenundatus, Deinde falsa criminatione uxoris Potipharæ cõdemnatus, et coniectus in carcerem, non cogitauit de uindicta, sed totam suam causam Deo commendauit. Itaq; Deus tandem iusticiam eius quasi lumen eduxit, & ius suum tanquam meridiem. Deus enim non modo eum eduxit tandem ex carcere, uerum etiam amplissimis honoribus affecit, Ita ut totius Aegypti gubernator fieret. Adeundem modum Deus Dauidem liberauit, & glorificauit, cum uindictam Domino committeret. Nam Dauid totum decennium, ut seditiosus, & Regni affectator, a Saulitis criminabatur. Tandem uero præter omnium opinionem & spem suam, Deus iusticiam & suum ius, in lucem produxit, ut luce meridiana Dauidis innocentia fieret clarior.

Huc & alia similia permulta exempla pertinent, ut illud Athanasij. Nam cum Arriani acerbissimo odio in Athanasium flagrant, eiq; summam turpitudinis notam cuperent inurere, subornarunt tandem quandam mulierculam, quæ Athanasium accusaret apud Iudices, eo quod sibi uim attulisset. Cum uentum esset ad Iudices, Athanasius rogauit Timotheum collegam suum, ut ipse criminanti mulieri responderet, quæ cum Timotheum nominatim accularet, existimans eum esse Athanasium, Athanasius iudicio liberatus est, & cum laude discessit, Arriani uero cum summa confusione & turpitudine discesserunt. Ita Deus iusticiam & ius Athanasij, luce meridiana clarius reddidit. Iam quis omnia exempla, quæ partim extant in sacris historijs, partim quæ quotidiana experientia suppeditat, commemorare poterit?

Verum his et similibus exemplis animos suos confirment hi, qui iniuste ab alijs opprimuntur aut patiuntur iniuriam, ut discant causam suam & uindictam omnem Deo committere, intenti precibus.

EXPECTA DOMINVM, ET OPERIRE
EVM.

386 In Psalmum 36.

Non satis est, ut Deo causam tuam committas, & petas, ut te in omnibus tuis negocijs regat & gubernet, sed oportet etiam te perdurare in fide, oratione, et patientia, nec spem abijcere, aut frangi animo, cum uideris differri auxilium, & uindictam diuinam. Vult enim Deus fidem & inuocationem tuam, dilatione auxilij & uindictæ exerceri: uult Deus, ut regentis & gubernantis te manum sustineas, sicut foetus in utero materno fingentis Dei manus sustinet. *Du must vnserm Herr Gott stille vnd aufhalten/wenn er dir helfen soll/vnd deine sache wol hinauf führen.*

NOLI STOMACHARI VIRO, CUIVS FORTVNATA EST FEROCITAS.

Nec te commoueat uia fortunata malorum,
Vita nec inflati conscelerata uiri.

Quasi dicat, caue ne concipias, nec alas, flammam iræ & odij, cum uideris impios, in impietate sua florere, ac fortunatos esse, eisq; omnia ex animi sententia succedere, Iterum, iterumq; monebo, ne accendaris ira, odio, & inuidia contra eos, neue eorum exemplum imiteris, sed fac te ad patientiam, *σοφροσύνην*, reuoces, & simul ori tuo frenum Verbo Dei, & oratione iniicias, & affectus illos turbulentos meditatione promissionum & comminationum diuinarum tranquilles, Ideo eandem admonitionem repetit, dicens:

DESINE AB IRA, ET DERELINQUE FUROREM, NOLI INDIGNARI, NE ET IPSE MALE FACIAS.

Non inanis, sed ualde necessaria est hæc repetitio, ne pius iræ & odio indulgeat. Quia ingens est infirmitas carnis, etiam in illis Sanctis, qui aliquos progressus fecerunt in pietate, & ut Epistola ad Hebræ. ait, *ὅτι τὴν ἐξουσίαν αἰσθητικῶν ἡ γυμνασμένη ἔχουσι.*

Causam, cur pius non indignetur alijs, quibus in hac uita bene est, exprimit, Ne & ipse male facias. Qui enim proximo suo irascitur, is multipliciter peccat. Primum, nō potest orare, qui autem non orat, in eo fides languescit, & dilectio frigescit. In quo autem fides & dilectio fringescent, is non potest non ruere de peccato in peccatum. Deinde, cum pius, maxime is, qui debet alijs præluere pijs moribus, irascitur & stomachatur proximo, offendit alios, & facit, ut hi qui nondum satis confirmati sunt in doctrina, leuius de Euangelio sentiant, & ita nomen Domini afficiatur contumelia.

QVI ENIM MALEFACIUNT, EXTERMINABUNTUR.

Malignantes seu malefacientes, uocat primum impios, qui donis Dei abutuntur, & pios affligunt, premunt ac persequuntur.
Deinde

Deinde eos, qui a fide & Verbo Dei defecerunt. Hoc autem acci-
dere solet, quando iræ, odio, inuidiæ, & similibus prauis affecti-
bus frena laxamus.

**SUSTINENTES AVTEM DOMINUM,
IPSI HAEREDITABUNT TERRAM.**

Alterum membrum Versiculi est, & continet promissionem,
Et conuenit hæc sententia, cum illo dicto Christi, Matth. v. Beati-
mites, quoniam ipsi possidebunt terram.

Vocabulum Terræ, non significat, Regna mundi, seu opes Re-
gias, sicut Iudæi somniant, sed mediocres facultates cum pace &
bona conscientia. Deus enim non vult pios cumulare immodicis
copijs, nec econtra omni egestate premere. Nam in rerum omni-
um abundantia, exercitia fidei languescunt. Econtra uero immo-
dica penuria, studium Verbi remoratur. Recte igitur Salomon
rogauit Dominum, ut nec immodicas opes sibi donaret, nec rur-
sus in extremam inopiam se conijceret, Prouerbiorum xxx.

**ET ADHVC PVSILLVM, ET NON E-
RIT PECCATOR, QVAERES LOCVM E-
IUS, ET NON INVENIES.**

Quasi dicat, Impiorum foelicitas non est perpetua, sed citius
opinione omnium de sua foelicitate deijcientur, atq; miserime in-
teribunt, ut testatur exemplum Achitophelis, Saulis. Nam de his
potissimum Propheta hic loquitur, Wenn man meinet/sie stehn am
aller festen / so gehn sie zu trümmern. Huc & cætera exempla col-
ligenda sunt, Pharaonis, Caij Caligulæ, Neronis.

Cum Caius Caligula doctrinam Christianam funditus dele-
re conabatur, interim hanc uocem Ecclesia sonabat, Est adhuc pu-
sillum, & non erit peccator, nec ita multo post, Caius Caligula a
præfecto suo occisus est. Hoc idem dictum Psalmi, & in Nero-
nem conuenit, qui cum acerrime Ecclesiam Christi perseque-
tur, & multos Christianos occidisset, et iam in animo haberet, to-
tam Ecclesiam Christi eradicare, dolore animi uictus, sibi ipsi ma-
nus attulit. Ad eundem modum & Diocletianus, cum edictum pro-
posuisset, ut omnes Ecclesiæ Christianæ solo adæquarentur, & sa-
cri libri comburerentur, & iam occisis uno mense octoginta milli-
bus Martyrum, atrociora in Christianos cogitaret, paucis post an-
nis sibi ipsi mortem consciiuit. Ecclesiast. histo. lib. viij. cap. ij. Huc &
Anastasiæ exemplum pertinet. Quæ uero causa sit, cur Deus in-
terdum impios Tyrannos diu florere sinat, alias sæpe dictum est.

**MANSVETI AVTEM HAEREDITABUNT
TERRAM, ET DELECTABUNT VR IN
EA.**

DOMINVS

p ij

Repetit eandem sententiam, quam supra posuit in illo Versiculo: Sustinentes autem Dominum &c.

Particula illa: In multitudine pacis, non est intelligenda de securitate corporali, seu pace temporali, sed de bona conscientia, seu de illa pace, quæ est in Christo, Sicut testatur hæc sententia, In me pacem, in mundo pressuram habebitis, Ioan. xvi.

Quomodo accipienda sit hæc particula: Mansueti hæreditant terram, cum uidemus ac experimur nullos minus florere in terra, & dominari in ea, quam Sanctos, uidetur igitur hæc sententia magis conuenire in impios, & *ἀπίους*

Respondeo. Propheta non de Sanctis in specie, seu de singulis Sanctis, sed de toto corpore Ecclesiæ hic loquitur. Nam etsi per pauci Sancti terram hæreditent, hoc est, certas sedes, easque perpetuo possideant, multi enim in exilio mortui sunt, Tamen Ecclesia Christi semper iam inde ab initio fuit, eritque usque ad finem mundi in terra, easque loca, unde hostes ueritatis multos Sanctos eiecerunt, adhuc tenet, ubi sonat doctrina Euangelij.

Omnes Romani Imperatores, qui multa millia Martyrum partim occiderunt, partim pepulerunt in exilium, iam dudum extincti sunt, interim mansit salua Ecclesia, & in illis ipsis locis, quæ olim Tyranni tenebant, nunc dominatur Ecclesia, non corporali, sed spiritali potentia.

Alia solutio:

Sancti etiam si in hoc mundo cogantur exulare, minimeque omnium terrenis bonis perfrui, tamen in futuro sæculo, non modo terram possidebunt, uerum etiam cælo & omnibus creaturis fruuntur ac delectabuntur in æternum, *Sie werden als denn alles innen haben/was im Himmel vnd auff Erden sein wirt/* Atque hæc mihi uidetur esse germana huius loci sententia.

IMPIVS MINATUR IVSTO, ET INFRENDIT DENTIBVS SVPER EVM.

Tres causæ sunt, cur pij cruciantur propter sceleritatem impiorum. Primum, quod sint potentes. Deinde, quod sint diuites. Postremo, quod piji infesti sint, eosque conentur opprimere.

De posteriore causa in isto Versiculo hic loquitur Propheta. Describit autem hic ingenium, & mores impiorum, quod scilicet furenter oderint pios, eisque minentur & moliantur exitium, & præ nimia indignatione, & *κακονοεία*, id est, studio nocendi, dentibus infrendant. Quemadmodum Achitophel & Simei indignabantur Dauidi, eisque moliebantur exitium. Addit autem Propheta consolationem.

DOMINVS

Annotationes. 389

DOMINVS AVTEM RIDEBIT EVM,
QVIA PROSPICIT, QVOD VENIT DIES
EIVS.

Ingens consolatio in hoc Versiculo proponitur p̄is, qui a Ty-
rannis premuntur. Quia Propheta clare docet, Tyrannos & ho-
stes piorum nō ultra grassaturos esse, quam Deus permiserit. Cer-
tos terminos grassandi eis præscripsit, ultra quos non licet eis pro-
gredi ac sæuire, ut testatur exemplum Pharaonis, qui cum persua-
sus esset, se populum Israel nullo negotio oppressurum esse, fre-
tus scilicet sua potētia, suis copijs, & opportunitate loci, Deus inte-
rim in cœlo ridebat eum, quia subitum eius exitium prospexerat.
Huc & similia permulta exempla possunt colligi, in quibus appa-
ret, impios quantumuis furentes, & insanientes in perniciē piorū,
ne pilum quidē capitis p̄is euellere potuisse, nisi Deo permittēte,
Vnd wenn sic noch eins so geschwinde praticiren vnd anschlege machten/
so soll es in doch nicht hinaus gehn.

Cum Iulianus Athanasium uenaretur ad supplicium, misisset
que qui eum terra marique persequerentur, ac requirerent, Deus
ita errore percutiebat milites Iuliani, ut nauem Athanasij, quam
habebant obuiam, nō agnoscerent, atq; ita Athanasius euasit inco-
lumis. Ecclesiast. histo. lib. x. cap. xxxiiij. Simile fere exemplum de
S. Ambrosio commemoratur, ad quem comprehendendum cum
Iustina mater Imperatoris Valentiniani, præfectum suum, nomi-
ne Benignum, misisset, non modo Ambrosium non comprehen-
dit, sed ab eodem etiam conuersus est.

Hæc & similia exempla testantur, impios in persequendis &
opprimendis p̄is nihil proficere. Quia scriptum est: Diligenti-
bus Deum omnia cooperantur in bonum.

GLADIVM EVAGINARVNT PECCA-
TORES, INTENDERVNT ARCVM SV-
VM.

VT DEICIANT PAVPEREM ET MISE-
RVM, ET TRUCIDENT RECTOS CORDE.
SED GLADIVS EORVM INTRET IN
CORDA IPSORVM, ET ARCVS EORVM
CONFRINGETVR.

Duplex sententia est istorum Versiculorum, Literalis & Alle-
gorica. Literalis est, quod impij eo ipso gladio, quo pios trucidare
conantur, ipsi confodientur ac interibunt. Sicut testatur exem-
plum Saulis, qui suo ipsius gladio, quo Dauidē sæpe conatus est

390 In Psalmum 36.

trucidare occisus est. Item exemplum Neronis, qui suo ipsius gladio periit. Quia manus sibi ipsi attulit, cum Senatus Romanus mississet milites, qui eum ad supplicium raperent.

Allegorica sententia est, quod impij illis ipsis criminibus, quibus pios in periculum conantur conijcere, seiplos conijcient. Huius rei exempla permulta possunt colligi, ut illud Susannæ, quam cum duo illi scelerati senes falso apud populum Israel criminati fuissent, suis ipsorum linguis & criminationibus seiplos prodiderunt, ac perdiderunt.

MELIVS MODICVM IVSTI, QVAM DIVITIAE PECCATORVM MVLTAE.

Vnius angusti est melior possessio iusti,

Quam sunt diuitiæ, quas malus omnis habet.

Aliam nunc consolationem instituit, qua piorum animos confirmat, ne offendantur opibus & fortuna impiorum, & sciant, vitæ commoditatem non in hoc sitam esse, si quis magnas & amplas habeat facultates, sed in benedictione Domini. Et convenit hoc dictum cum illo Salomonis Prouerbiorum xv. Melius parum, cum timore Domini, quam thesauri magni & insatiabiles. Quod autem mediocres facultates piorum, potiores seu meliores sint, quam uel amplissimæ opes impiorum, duæ sunt causæ.

Primum, quod Deus benedicit exiguis piorum fortunis. Deinde, quod exiguæ fortunæ non ita securos, feroces, & elatos animos reddere possunt, ut magnæ opes & diuitiæ. Quare Deus, quos diligit, nec immodicas opes illis donat, nec nimia inopia premi sinit. Econtra Deus impijs magnas opes & potentiam donat, non ad ipsorum salutem, sed in exitiū ac perditionem. Ideo addit.

QVONIAM BRACHIA PECCATORVM CONTERENTVR.

Vocabulum Brachij, in scriptura uocatur potentia, auxilium, præsidium, breuiter, omne quocumque homo confidit, & acquiescit, & est sententia, Quantumuis dices, potentes, & fortunati sint impij, tamen simul cum potentia & opibus suis tandem interibunt, eorum potentia & diuitiæ ipsis erunt exitio, ut ostendunt exempla omnium temporum. Quanta fuit potentia Romanorum Imperatorum, qui Ecclesiam Christi persecuti sunt; Sed quam miserabilis eorundem fuit interitus? Quanta dignitate, potentia & opibus præstiterunt Romani Pontifices, sed quam horribilis iam est ipsorum ruina? Huc & alia exempla Politica & Oeconomica colligenda sunt, ut illud de Abimelech, Iudi. ix. qui cum septuaginta fratres suos scelerate trucidasset, & Regnum Israel nefarie occupasset, tandem ad turrin in oppido Thebes ictus fragmine mortis interijt.

læ interijt. Ita Deus brachium, id est, potentiam scelerati hominis, cum altissima securitate esset ebrius, perfregit. Nam ut sepe iam dictum est, Deus non statim punire solet impios, sed diu interdum pœnas differt, ut scilicet ad pœnitentiam eos inuitet. Quod si in impœnitentia perseverauerint, & minas Dei contempserint, tarditatem pœnæ, grauitate compensat. Quia Deus est longanimis, μακρόθυμος, Et lesset sic vorhin wol reiff werden, Et uelut uictimam ad occisionem seu mactationem eos saginat, Sicut ait Hiere. xij.

CONFIRMAT AVTEM IUSTOS DOMINVS.

NOUIT DOMINVS DIES IMMACVLATORVM.

Antithesis est. Quemadmodum suo tempore frangit impiorum uires, & potentiam. Ita tempore opportuno iuuat, liberat, & glorificat pios. Non igitur debemus Deo tempus & modum iuuandi præscribere. Ipse enim solus nouit tempus illud opportunum, & diem salutis seu liberationis. Nam si eo loco, tempore, & modo, nos iuuaret ac liberaret, quo nos cupimus, non posset potentiam suam, καὶ κρῆσιν τῆς ἰχθῦς ἀντὶ, aduersus Diabolum ostendere.

Si Patriarcham Ioseph illico liberasset, nunquam ad tantam dignitatem ipse euectus fuisset, nec uera noticia Dei et religio in Aegypto, tam late propagata fuisset. Si Abrahamo statim filium dedisset, nunquam natiuitas Isaac tam gloriosa fuisset. Si matrem Augustini statim cum pro cõuersione filij precari cœpisset, uoti fecisset compotem, nunquam ex conuersione ipsius, tanto gaudio affecta ipsa fuisset. Meminerimus igit, quoties Deus auxilium distulerit, ut hanc sententiã ipsi nobis subiiciamus: Nouit Dñs dies immaculorum, Das sündlin sey noch nicht komen, da Gott helfen wolle.

ET HAEREDITAS EORVM IN AETERNVM MANEBIT.

Hoc est, etiam si omnia bona corporalia amiserint, tamen hæreditas eorum, quæ in cœlo est, illis salua manebit. Hæc enim hæreditas potior ac præstantior est, omnibus corporalibus commodis, opibus, honoribus, potentia, dignitate, & hoc χίμαρῃ mundano. Quid sunt uniuersa Regna mundi ad hanc hæreditatem?

NON CONFVNDENTVR IN TEMPORE MALO, ET IN DIEBVS FAMIS SATVRABVNTVR.

Turbida non illos confundere tempora possunt,

Non etiam poterit perdere dira fames.

Tempus malum, uocat tempus periculorum, ærumnarum, calamitatum uel publicarum, uel priuatarum, tum Deus non sinet eos con-

392 In Psalmum 36.

fundī, pereuntibus interim impijs. Aut enim illos tum seruabit, aut foelicem horulam donabit, eosq; ad se recipiet & colliget, ut ostendit exemplum Iosiae iij. Regum xxij. Nam cum Deus ciues Hierosolymæ punire decreuisset per Regem Nabuchodonosor, qui ciuitatem obsidione premeret, Iosiam Regem ab imminenti- bus calamitatibus præripuit, & ad patres suos collegit. Eiusmodi permulta exēpla ex historijs sacris atq; experiētia possunt colligi.

BT IN DIEBUS FAMIS SATVRABVN-
TVR.

Huius rei multa exempla commemorari possunt, ut illud Iacob, Gene. xlvj. Item illud uiduæ Sareptanæ, quæ alebat Eliam in difficultate annonæ. Huc & alia similia exempla pertinent, in quibus uidemus Deum mirabiliter tempore famis aluisse pios, cum interim fame contabuerint impij.

Sed dicat aliquis, Attamen permultos pios tempore belli, seditionis, famis, & aliarum calamitatum perisse cognouimus?

Respondeo. Deus quosdam pios uult esse Martyres, quosdam uero signa seu uiua exempla iræ Dei erga impios. Qualis erat cæcus ille Ioan. ix. Cæterum non omnes qui sunt uiua exempla iræ diuinæ, propterea sunt reiecti a Deo.

εμψασις est autem in Vocabulo, Saturabuntur, ut ostendat, Deum pijs nō daturum esse amplas copias, sed mediocrem uictum, quo depellant inedia, quo minus aut immodicis copijs obruti obliuiscantur Dei, & uerbum eius negligant, aut intollerabili inedia fracti, in desperationem ruant.

Continet igitur iste Versiculus egregiam consolationem, Videlicet, quod Deus nunquam deserturus sit pios tempore famis, etiamsi totus mundus fame periturus sit, tamen pijs uictum curare uelit.

IMPII VERO PERIBVNT, ET INIMICI
DOMINI, ETIAMSI VT FLORENTISSI-
MVM PRATVM FVERINT, TAMEN VT
FVMVS EVANESCENT.

αυτιθεσις est, quæ grauissimam comminationem continet, quod Deus tandem horribiliter puniturus sit impios, nec impune illos abire sinat, etiamsi ad tēpus florere eos permittat. Est aut pulcherrima similitudo, qua comparat impiorū foelicitatem florētissimo prato, & fumo, ut ostendat, impios quidem habere admirabilē aliquandiu successum, & pulcherrime florere, sed eorū foelicitatē subito ut fumum euanescere. Habet enim illorum uitæ splendor magnam speciem, & incurrit in oculos hominū, perinde ut florentissimum pratum mirifice delectat ac retinet oculos pretereuntium.

MVTVA

MVTVABITVR PECCATOR, ET NON SOLVET, IVSTVS AVTBM MISERETVR ET TRIBVET.

Impius accumulatur, quæ nunquam debita soluit,
Larga manus iusti semper & æqua bonis.

Mutuari hoc loco non significat, pecuniam mutuo sumere ab hominibus, sed omnis generis bona corporalia accipere a Domino. Omnia enim bona & spiritualia & corporalia, quæ Deus hominibus donat, dicuntur mutuo sumpta a Domino, *Es heissen ge- liebende gûter*, Et nos dicimur non possessores illorum, sed Oeconomi coram Deo, ut illa pro arbitrio & uoluntate Dei administremus, ut docet parabola ista, de dispensatore Lucæ xvi. Item illa de Talentis Matth. xxv. Est igitur sententia, Impius multa quidem bona a Domino accipit, sed illis non recte utitur pro arbitrio Dei, & iuxta mandatum Dei. Debet enim illa bona recte administrare, hoc est, curare, ut illorum recta administratione gloria Dei illustretur. Quod fiet, si liberos suos pie curauerit institui, si aliquid de facultatibus suis largiatur, ad ornandum & conseruandum Verbi ministerium, Item ad ærarium Ecclesiasticum. Hoc quia non facit, est infidelis dispensator, & non soluit, id est, nõ reddit creditori suo Deo, id quod ab eo accepit mutuo, ideoque grauißimam rationem Domino, et grauißimas pœnas dare tandem cogetur. Quia eradicetur, sicut infra dicit.

IVSTVS AVTEM MISERETVR, ET TRIBVET.

IVSTVS AVTEM MISERICORS EST, ET LIBERALIS.

Larga manus iusti semper & æqua bonis.

Nam etsi permultæ sint uirtutes piorum, tamen hæ duæ sunt præcipuæ, Misericordia & Liberalitas. His enim proxime ad naturam Dei accedunt. Deus enim misericordiam suam, cum multis in rebus, tum præcipue in hoc declarauit, quod filium suum unigenitum pro nobis dedit, ut nos redimeret, & restauraret. Iam quis potest beneficentiam Dei satis prædicare? Omnes creaturæ de bonitate & beneficentia Dei testimonia dicunt.

Has igitur uirtutes Dei p̄i debent imitari, Sicut Christus admonet, Lucæ vi. Estote igitur misericordes, sicut Pater uester in cœlis misericors est. Quomodo autem p̄i liberales esse debeant, docent alibi sacrae literæ. Primum enim benefici esse debent erga ministros Ecclesiæ. Deinde erga eos, qui sanguine aut affinitate illis coniuncti sunt. Postremo erga alienos inopes.

QVIA BENEDICTI EIVS HAEREDITA-
BUNT TERRAM, MALEDICTI AVTEM &c.

Eadem sententia est istius Versiculi, quæ fuit illius superioris. Mansueti autem hæreditabunt terram. Porro quid sit hæreditare terram, supra copiose explicatum est.

Quod autem Propheta eandem sententiã sæpius repetat, hoc eo facit, ut tanto uberius consoletur pios, & tanto uehementius terreat impios. Nam ita comparata est natura hominum, ut in afflictionibus non possint satis erigi & confirmari, *Da wollen alle promissiones et consolationes zuschwach sein.*

Tum enim animus humanus auricula inferiore est mollior, & pupilla oculi tenerior. Econtra uero, rebus secundis, animus impiorum, quouis adamante & ferro durior est, ita ut omnes comminationes infirmiores sint, quam ut contendant & frangant eiusmodi securum ac ferocem animũ, ut apparet in exemplo Pharaonis, & in exemplo populi Israel. Item in exemplo populi Iudæi, & in similibus exemplis.

A DOMINO GRESSVS ILLIVS DIRI-
GENTVR, ET DELECTATVR VIA EIVS.

Quatuor beneficiorum genera Propheta commemorat, quibus ornatur pius a Domino, si non indulerit iræ, odio, inuidiæ, & similibus prauis affectibus, quando uidet impios opibus, potentia & honoribus in hac uita florere.

Primum beneficii genus est, quod Deus donat pio uictum, amicum, & cætera uitæ commoda. Alterum est, quod peccata ei remittit, & in gratiam recipit. Tertium est, quod Deus piũ in omnibus negocijs, regit & gubernat, & dat successum in uocatione. Quartum beneficii genus est, donum intelligendi & interpretandi Scripturam.

In isto autem Versiculo, Propheta mentionem facit istius beneficii, quod Deus piorum studia, negocia, & omnes uitæ actiones, gubernat, & successum illis donat. Nam et si & impij interdum in suis negocijs, consilijs & studijs, mirificos successus habeant, tamen hi successus non donantur eis a Deo propitio, et fauente, sed irato. Præterea ut maxime nonnunquam Deus illis successum donet, non tamen agnoscunt hoc esse donum Dei, nec credunt a Domino omnem successum & prosperitatem donari, sed suæ sapientiæ & industriæ omnia adscribunt. Ideo Scriptura non dicit, eorum consilia & negocia a Deo gubernari, sed tantum de pijs hoc dicitur: A Domino gressus illius dirigentur.

ET DELECTATVR VIA EIVS.

Nota

Annotationes. 395

Nota est phrasis, quod uocabulum uia in scriptura significat, cōsiliū, intentionem, opera, studia. Est igitur sententia istorum uerborum, Deus delectatur omnibus & dictis & factis p̄i, eo q̄ omnia eius dicta & facta in fide fiunt. Loquitur autem Prophe- ta hic proprie, de operibus uocationis, quæ pius in fide exercet.

Εμφασίς est autem in uocabulo, a Domino. Quasi dicat, Etiam si Diabolus, mundus & caro, omnia piorum opera damnabunt, & execrabuntur, tamen hac consolatione p̄i sese sustentent, Quod Dominus delectetur piorum operibus, Das Gott einen gefallen hat/an all irem leben vnd wesen/thun vnd leiden.

Hanc igitur sententiam, uelut epigramma quoddam, omnes p̄i semper in ore & pectore habeant: Delectatur Dominus uia iu- storum. Quoties igitur Diabolus opera nostra, siue Ecclesiastica, siue Politica, siue Oeconomica, deformare, & damnare conatur, hanc ei sententiam opponamus: Delectatur Dominus uia eius.

SI CECIDERIT, NON ABIICIETVR,
QVIA DOMINVS LAPSVM SVBLEVAT
MANV.

Duplex sententia est istius Versiculi, Vna est, Etiam si pius in aliquas calamitates & ærumnas ceciderit, tamen Dominus non si- net eum in illis perire, sed manum suam supponet, eumq̄ inde eri- piet, ut testatur Paulus ij. Corinth. iij. *Εν παντι θλιβόμενοι, ἀλλ' οὐ στενο- χορούμενοι, ἀπορούμενοι, ἀλλ' οὐκ ἔλαπορούμενοι. Διωκόμενοι, ἀλλ' οὐκ ἔγκαταλειπό- μενοι, καταβαλλόμενοι, ἀλλ' οὐκ ἀποβαλλόμενοι.* Affligimur, sed non nos ipsi cruciamur: angores patimur, sed illis non succumbimus, persecu- tionem patimur, sed non derelinquimur, deſcimus, sed non peri- mus. Altera sententia est, Etiam si pius in interdum præoccupatus a carne, & deceptus a Diabolo, in peccata lapsus fuerit, tamen Do- minus non reiſciat eum, sed restituet, & peccata ei condonabit. Atq̄ hæc sententia potior est. Vberrima hæc consolatio est, quæ afflictis pauidisque mentibus proponi debet. Nam ad securos & feroces animos, eiusmodi consolationes minime pertinent. Hi e- nim doctrina Legis, & seuerissimis comminationibus Dei per- terrendi sunt.

IVNIOR FVI, ET SENVI, ET NON VI
DI IVSTVM DERELICTVM, NEG SEMEN
EIVS QVAERENS PANEM.

Nunc promissionem illam de uictu amplificat a sua experien- tia. Magnam enim uim habet in cōsolando, commemoratio exem- plorū, atq̄ experientia piorum. Nam animi piorū incredibiliter eriguntur & confirmantur in afflictionibus & periculis, cum au- diunt permultos pios, eadem calamitate aut periculo con-

fictatos, atq; inde diuinitus liberatos fuisse. Sicut testatur Prophe-
ta Psal. cxvii. Qui timent te, uidebunt me, & lætabuntur, quia in
uerba tua supersperauit. Atq; hæc est una ex præcipuis causis, cur
Deus pios multis & uarijs tentationibus, & afflictionibus exerce-
at, ut scilicet ipsi postea alios, non tam dictis scripturæ, quam pro-
pria experientia atq; suo exemplo possint consolari, Iuxta illud:
Qui nõ est tentatus, quid scit? Ideo enim & Deus filium suum hu-
miliari, & omnes tentationes & afflictiones piorum degustare uo-
luit, ut ipse expertus atq; tentatus per omnia nostris ærumnis, ma-
gis afficeretur, & ardentius nostri misereretur, Vt significat Epi-
stola ad Hebræ. cap. ij. ἐν ᾧ ἡμεῖς πειραθέντες ἀπὸ τοῦ πειρασμοῦ τοῦ ἁγίου καὶ δοκιμασθέντες ὡς χρυσὸς ἐκ πυρὸς ἵνα ἔσται ἡμῶν πίστις ἁγία καὶ ἀκατάρακτος, ἡμῶν ἐπιθυμία ἵνα ἴδωμεν τὸν θάνατον ἁγίου.

Εμφασίς est autem in uocabulo iusti. Iustum uocat eum, qui ti-
met Deum, & confidit Deo, & uocationis suæ officia recte facit,
atq; eosdem cultus Dei docet filios suos. Hic est ille uir, ad quem
promissio illa pertinet: Nunquam uidi iustum derelictum. Hinc
facile responderi potest ad illam quæstionem, Quid causæ sit, cur
nonnunquam opulentissimorum parentum liberi in extremam
inopiam incidant? Causa est ista, quod parentes non curarunt
eos in primis annis ita institui, ut pie & honeste uiuerent. Hinc il-
la fundi ipsorum calamitas.

Sed hoc loco opponat aliquis exemplum Lazari, Lucæ xvi.
Qui etsi fuerit pius, tamen coactus est mendicare panem. Respon-
deo. Promissiones Dei de bonis corporalibus sunt firmæ & im-
mutabiles, etiam si interdum Deus quosdam pios singulari ac cer-
to consilio, has promissiones non sinat consequi, Sicut testatur E-
pistola ad Hebræ. cap. xi. καὶ οὐκ ἔστιν ἄλλο μαρτυρηθέντες ὅτι τῆς πίστεως, ὅτι
ἐκομίσαμεν τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ θεοῦ, ἀλλὰ ἡμῶν κρείττονα προβλεψάμενοι. Hi om-
nes testimonio fidei probati &c.

SEMPER MISERICORS EST, ET LIBEN-
TER COMMODAT, ET SEMEN ILLIUS
IN BENEDICTIONE ERIT.

Nunc subiicit causam, cur pius nõ deseratur a Deo, nec semen
eius cogatur mendicare panem: Quia (inquit) misericors est, & li-
benter commodat, intellige in fide. Huc iam pertinent cætera testi-
monia scripturæ, ut illud Lucæ vi. Date, & dabitur uobis. Item,
Lucæ xvi. Facite uobis amicos de Mammona iniquitatis, ut cum
defeceritis, recipiant uos in æterna tabernacula.

DECLINA A MALO, ET FAC BONVM,
ET INHABITA IN SECVLVM SECVLI.

Vel sic:

ET PERGE SEV MANETO SEMPER.

Epilogus

Epilogus est, in quo hortatur pius ad constantiam & perseverantiam in studio bene operandi, & tolerandi omnis generis difficultates in uocatione. Multae enim obijciuntur difficultates & molestiae ei, qui uocationis suae officia recte studet facere. Duae res sunt, quae pius in praeclearis uocationis suae officijs uehementer impedire solent, uidelicet, impotentia affectuum, & uariae difficultates, atque aeternae quae incidunt. Vt igitur contra haec impedimenta pius consistere queat, primum, Verbo Dei animum suum probe muniat, & immoderatos affectus coherceat. Deinde in uocatione sua bene operari pergat, Denique modis omnibus operam det, ne Diabolus ociosum eum & oscitantem opprimat.

Diserte autem dicit, *Vnd bleibe immerdar*, Et semper maneto, Hoc est, oportet te perdurare ac perseverare in studio bene operandi. Porro illa constantia & perseverantia in studio bene operandi, non paratur humana industria, sed est donum Dei, quod donatur credentibus & inuocantibus Deum. Assidua meditatio uerbi & inuocatio alunt & confirmant in nobis uirtutes Christianas. Et contra uero in ocio & securitate languescunt ac extinguuntur.

**QVIA DOMINVS AMAT IUDICIVM,
ET NON DESERIT SANCTOS SVOS.**

Addit causam cur pius constans esse debeat in tolerandis iniurijs impiorum, & in studio bene operandi. Quia Dominus (inquit) amat iudicium, hoc est, diligit, iuuat, defendit, & glorificat pios, impios uero punit. Hoc enim scriptura uocat, iudicium Dei, *Das er sich der frommen annimpt/ vnd straffet die bösen*. Ideo addit, in aeternum conseruabuntur.

INIUSTI PVNIENTVR, ET SEMEN IMPIORVM PERIBIT.

Grauisima haec est sententia, quod Deus nullum impium sinit abire impunitum, etiamsi quam diuilsime interdum poenae differantur, ut testantur innumera exempla, quae partim ex sacris, partim ex prophanis historijs colligi possunt. Vt illud Regine lelabel iij. Regum ij. quam Deus propter saeuicia in Prophetas Domini horribiliter punit. Etenim praecipitata de fenestra, a canibus dilacerata est. Huc pertinet & exemplum Ioab, a quo tandem Salomon sumpsit supplicium, iij. Regum ij.

ET SEMEN IMPIORVM PERIBIT.

Semen impiorum uocat impios impiorum liberos, *Wenn bei de Väster vnd Kinder Gottlos sind*, Vtrique debent perire, ut ostendunt exempla Ecclesiastica, Politica, Oeconomica, ut exemplum Eli Sacerdotis, i. Reg. ij. cum duo filij Ophni & Pinehas miserabiliter perierunt in bello, & postea tota eius posteritas fuit infelix, &

398 In Psalmum 36.

tandem prorsus interiit. Peccatum sacerdotis Eli duplex fuit, igna-
uia & indulgentia erga liberos. Huc iam & Politica exempla colli-
genda sunt, ut exemplum Ieroboam, exemplum Achab: utriusque
enim posteritas extincta est propter impietatem. Iam quis omnia
Oeconomica exempla enumerare potest? Quam enim aliam cau-
sam esse arbitramur, quod tam præclarissimæ & nobilissimæ fa-
miliæ funditus intereunt, nisi quod & parentes, & liberi impie ui-
uunt? Deus enim est fortis Zelotes uisitans iniquitatem Patrum
in filios, in tertiam et quartam generationem. Quare hoc dictum:
Semen impiorum peribit, omnes parentes hortari debet, ut libe-
ros suos pietatem doceant. Nullum enim maius patrimoniū illis
possunt relinquere, quæ rectam institutionē in pietate & honestate.

OS IUSTI LOQVITVR SAPIENTIAM,
ET LINGVA EIVS DOCET IVDICIVM.

Quartum hoc beneficiorum genus est, quo Deus pium glori-
ficat, uidelicet, donum Propheciam. Vocabulum Sapientiam signifi-
cat, per *μετῶνυμίας* donum intelligendi & interpretandi Scripturam,
quod Paulus uocat *λόγος σοφίας*. Iudicium significat donum dijudi-
candi spiritus, quod Paulus i. Corint. xij. uocat *ἔκκρισις πνευμάτων*.
Potest etiam aliquis hunc locum ita interpretari, ut sapientia si-
gnificet doctrinam, Iudicium uero, increpationem. Nam hæc
sunt præcipua Doctoris officia, Docere & arguere.

Porro Propheta in hoc Versiculo, tacite significat, quæ causa
sit, cur impij tā acerbo odio erga pios accensi sint, Videlicet, quod
ueritatem docent, & uitia arguunt. Hinc ille furor Mundi, & rabi-
es Diaboli. Si quis igitur sapientiam loqui, et docere Iudicium uo-
luerit, is ad hoc discrimen sese præparet, ut & Mundi & Diaboli
furorem ac sæuiciam in sese concitet. Iam fieri non potest, quin pi-
us, si recte officio fungi uoluerit, sapientiam cum iudicio coniun-
gat. Hæc iam sunt illustranda Ecclesiasticis, Politicis, & Oecono-
micis exemplis. Ut autem discernat pios ab impijs, qui & ipsi ui-
dentur habere Verbum Dei, ideo mox addit:

LEX DEI IN CORDE IPSIVS.

Ἐμφανὸς est igitur in hac uoce: In corde ipsius. Nam & impij ha-
bent Verbum Dei, sed non uere, nec in corde. Discamus hic igitur,
non satis esse, si quis habet Verbum Dei. Quia & Diabolus,
& organa eius habent Verbum, sed tantum in ore, Sed danda no-
bis opera est, ut illud cordi infigamus, *Das wir Gottes Wort also
leren/hören/und lernen/das gleich Natur drauß werde.* Qui autē Ver-
bum Dei habet in corde, is multiplicem inde fructum percipiet.
Nam primum ipse alios quoque recte docere, & consolari Verbo
Dei poterit, Deinde de omni genere doctrinarum et spirituum re-
cte

ste iudicabit. Postremo semper munitus erit contra omnes illusiones ac ludibria Diaboli, & organorum eius. Non ita facile a Diabolo ad peccata impelletur, nec euertetur, sicut hi impelli ac euerti solent a Diabolo, qui uerbum Dei habent non in corde, sed tantum in ore. Ideo addit Propheta:

ET NON LABVNTVR GRESSVS EIVS:

Illi sub pedibus lubrica nulla uia est.

Hoc est, nec in impia dogmata rapietur, nec in omnis generis flagitia, more impiorum ruet, nec denique in afflictionibus succumbet, aut peribit. Habet quo gressus suos firmet, ac se sustentet, uidelicet Verbum Dei, sicut alibi inquit: Lucerna pedibus meis uerbum tuum, & lumen semitis meis. Atque hoc in poemate Christophori erudite significatum est, qui fingitur, in medio flumine sese colluctantem fluctibus arbore, quam manu tenebat, sustentare.

IMPIVS OBSERVAT IUSTVM, ET COGITAT EVM OCCIDERE.

Nunc docet Propheta, quæ fortuna sit pijs loquentis sapientiam, & docentis iudicium, uidelicet, quod necesse sit eum incurere in odium impiorum, qui non cessant, pio docenti & arguenti peccata, struere insidias, ei intendere & moliri exitium. Sunt enim

ἄνευ κακῶν τεχνικῶν τοι.

Nam etsi nomine iusti Propheta omnes pios in genere intelligat, tamen præcipue de his loquitur, qui sunt in officio Ecclesiastico. Hi enim, quia omnia omnium hominum uitia arguere coguntur, acerbissima impiorum odia sibi conciliant, non possunt esse

ἀνθρωποφρονοί.

DOMINVS AVTEM NON DERELINQVIT EVM IN MANIBVS SVIS.

Quasi dicat, Impij quatumuis sint acres, ingeniosi ac uehementes, in struendis insidijs et excogitandis technis, quibus pios opprimant, tamē nihil suis consilijs, technis & insidijs proficient. Quia oculi Domini super iustos, & aures eius in preces ipsorum. Etiam si omnes neruos impij intendant, & omnes suas technas experiantur, tamen ne pilum quidem capitis pio euellere debent, nisi Dominus uoluerit, propterea quod pius habitat sub protectione altissimi, & sub umbra eius commoratur. Videtur autem Propheta suum exemplum hic tacite allegare. Ipse enim sapissime e manibus Saulis, qui ei moliebatur exitium, euasit incolumis, mirabili beneficio Dei. Huius rei permulta alia exempla commemorari possunt, Vt Danielis iij. de tribus illis adolescentibus in accensa fornace seruatis. Et quamuis multos pios ab impijs crudeliter occisos fuisse accepimus, ut testantur præcipue exempla Martyrum,

400 In Psalmum 36.

tamen impij quantumuis furētes ac insanientes in perniciem pio-
rum, non potuerūt eos prius occidere, quam Dominus uoluerit.
Deus enim ut certum curriculum uocationis pijs præscripsit, Ita
& impijs certas metas grassandi constituit, ultra quas non licet eis
progredi. Vt apparet in exemplis persecutorum Euangelij. Hierē-
miam Prophetam Iudæi non prius poterant occidere, quam ipse
suum curriculum uocationis absoluisset, quamuis sæpenumero
exitium illi machinati sint. Sic de cæteris. Vt illud Ioannis Hus,
Item exempla nostrorum Præceptorum hodie, qui sacram Theo-
logiam restaurarunt. Quoties enim aduersarij nostri exitium mo-
liti sunt, uiro Dei D. Doctore Martino, Vt interim cætera lumina
Ecclesiæ taceam ?

NEC DAMNAT EVM, CVM CONDEM-
NATUR.

Hoc est, etiam si pius iniquo iudicio impiorum opprimatur, et
ab illis condemnetur, tamen interim Deus eum iustum pronun-
ciat, & glorificat cum in hac uita, tum post hanc uitam, ut testatur
exemplum *ἡ ἀδικία* Abel. Item exemplū S. Ioannis Hus &c.

EXPECTA DOMINVM, ET CVSTODI
VIAM EIVS.

Redit ad exhortationem, qua hortatur pius ad patientiam, in
pio studio coercedi uitiosos affectus, qui aduersantur spiritui.
Necessariæ autem sunt hæ crebræ adhortationes, propterea quod
crebræ sunt tentationes, & impugnationes Diaboli & carnis. Por-
ro, quid sit expectare Dominum, supra satis explicatum est. Est au-
tem Expectare Dominum, ut paucissimis dicam, in fiducia, inuo-
catione, ac spe auxiliij diuini perseverare, & non frangi animo, eti-
am si Deus auxilium aliquandiu distulerit. Quanti autem negocij
hoc sit, in experiundo apparet, ut norunt non *θεωρητικοί*, sed *πρακτικοί*
Theologi.

Custodire uiam Dei, est seruare præcepta Dei, maxime uero
uocationis officia intelligit.

ET EXALTABIT TE, VT HAEREDITA-
TE POSSIDEAS TERRAM.

Qui in afflictionibus & persecutionibus Deum expectauerit,
& oppressus ab impijs uindictam Deo commiserit, hūc Deus tan-
dem tempore opportuno, exaltabit & glorificabit, Hoc est, faciet,
ut in sua uocatione permaneat, & functionem suam retineat. Exi-
stimo autem Prophetam hic loqui, non de spiritali, sed de corpo-
rali exaltatione seu glorificatione, qua Deus in hac uita pios glo-
rificat, ac euehit, Sicut glorificauit S. Patriarcham Iacob, Dau-
idem, Danielem, & similes, qui impiorum iniurijs affecti & op-
pressi,

pressi, perdurarunt in sua uocatione fortes & constantes in fide,
& inuocatione.

VIDEBIS IMPIOS EXTERMINARI.

Hæc sententia declaranda est exemplis Ecclesiasticis, Publicis,
& Oeconomicis. Ioannes Euangelista uidit Cherintum exterminari ex Ecclesia, cum ruinæ balnei eum opprimerent. Athanasius uidit Arrium extingui. Augustinus Donatistas uidit interire, nostri Præceptores, quot uiderunt Hæresiarchas interire. Iam quis omnia Politica & Oeconomica exempla, quæ sunt innumerabilia commemoret? Illustrior, magisque perspicua erit sententia, si hunc Versiculum ad totum corpus Ecclesiæ accommodaueris.

VIDI IMPIVM VALDE FEROCEM EXTENSVM, ET VIRENTEM, VT LAVRVM VIRIDEM.

Quemadmodum supra promissionem illam, quod Deus non sinet pios fame contabescere, probauit, propria experientia, seu exemplo. Ita nunc hanc sententiam, quod impij habeant calamitosos exitus, probat exemplo suo, uidelicet, quod uidit inimicos suos, qui quodam tempore erant florentissimi & potentissimi, ut Saul, Achitophalem, Absolonem, tandem interire. Est autem metaphora sumpta a lauro, quæ etsi pulcherrima & florentissima arbor sit, tamen nullo negotio excidi potest. Ita impius, quamuis ad tempus sit florentissimus, tamen subito aliquo casu ruere, ac perire potest. Huius rei infinita sunt exempla Ecclesiastica, Politica, & Oeconomica, quæ non solum in sacris & profanis historijs exant, sed etiam quæ quotidiana experientia suppeditat. Illustrior huius Versiculi erit sententia, si eam ad totum corpus Ecclesiæ accommodaueris.

CVSTODI INTEGRITATEM, ET INTENDE AEQVITATI, NAM TALI TANDEM BENE ERIT.

Vel sic:

FAC PERSEVERES IN PIETATE, ET Vocationem TVAM TVEARIS, EIVSMODI ENIM TANDEM BENE ERIT.

Επιφώνημα est, repetit enim summam totius Psalmi. Nam primum iubet pium in studio pietatis & patientiæ perseuerare. Deinde uocationis suæ officia recte facere, & munus suum tueri.

TRANSGRESSORES AVTEM DELEBUNTUR SIMVL, ET IMPII TANDEM EXTERMINABUNTUR.

402 In Psalmum 36.

ΑΥΤΙΘΕΩΣ est: Quemadmodum Deus custodit & glorificat pios, Ita econtra impios delet ac perdit, sicut omnium temporum exempla ostendūt. Videtur autem Propheta de his potissimum loqui, qui persequuntur Ecclesiam Christi, & doctrinam Euangelij conantur delere. Tales enim plerumque sunt infelices, & non diu regnare solent. Decius, qui edictum proposuerat, ut Christiani in toto Imperio Romano occiderentur, unum modo annum regnavit, Maximinus, qui novam in Christianos persecutionem exercuit, triennium modo regnavit, Aurelianus, qui & ipse novam in Christianos persecutionem exercuit, de cœlo fulmine tactus interiit. Diocletianus, sexto imperij sui anno, ueneno extinctus est. Is enim in Oriente Ecclesias Christianorum vastari, & Christianos crudeliter trucidari iussit, Iulianus acerrimus hostis Ecclesie Christi, biennium saltem regnavit.

SALVS ITAQUE EST IVSTIS A DOMINO, HIC EST FORTITVDO EORVM IN TEMPORE TRIBVLATIONIS.

Dupliciter Deus iuuat pios: aut enim eos ex præsentibus calamitatibus eripit, aut ita mentes eorum confirmat, & consolatur, ut tantam molem ærumnarum & afflictionum sustinere possint, ut apparet in exemplis Martyrum. Hinc illa præclara uox Laurentij, Isti carbones mihi refrigerium præbent, Tyranno uero æternum supplicium minantur. Ideo Propheta diserte dicit: Hic est Fortitudo eorum in tempore tribulationis.

ET DOMINVS ADERIT EIS, ET ERIPLET EOS, ERIPIET EOS AB IMPIIS, ET SALVABIT EOS, QVIA SPERAVERVNT IN EVM.

Deus adesse nobis dicitur, cum nos consolatur, erigit, & confirmat uerbo, & Spiritu sancto, cum pugnat pro nobis contra Diabolum.

Εμψασις est autem in Vocabulo, Sperauerunt. Primum enim excludit merita nostra. Deinde commendat nobis fidem & inuocationem. Nam hæc duo, id est, fides & inuocatio, uocabulo spei comprehenduntur.

Ἐπὶ θεῷ ἰσχύεται.

FRANCOFORTI

excudebat Petrus Bru-

bacchius, Anno

Domini

1 5 5 6.

402. In diebus...

...in diebus...

FRANCOFORTI

excubebat Petrus Biv-

bachius Anno


Domini

1526

...in diebus...

...in diebus...






70 847


X 2201585

56.



Jan Anst.

... hoc autus ...
... hic alid ...
... ex hof ...



SAMVELIS LI-
ber secundus, Annota-
tionibus piis iuxta ac eru-
ditis explicatus per

D. HIERONYMUM
VVELLERVM.

FRANCOFORTI AD MOENVN,
EXCVDEBAT PETRVS BRVBACHIVS
ANNO DOMINI. M. D. LVI.

